adiungat aut me deserto nubat alii. nuperrime enim ex Iberia redii, annos ibi duo moratus, atque si intra paucos dies iterum peregre abiero, causam idoneam et iustam inveniet faciendi alterum horum, quae dixi." subridens imperator "at tu," inquit, "fac, ut unum hoc iter etiamnum facere tibi permittat, ac iure iurando tibi spondeo, posthac me non iam creaturum tibi molestiam itineris extra patriam faciendi. scis autem, quae tibi beneficia promiserim, quae inter nos locuti simus et quid facere cogitemus, atque hoc quidem etiam sine sacramenti religione certum est, legationes et itinera tua finem habitura esse. significabo autem Notarae, magno duci, quum magni ducis munere fungatur, non posse eum praeesse etiam administratoris officio. atque hoc dico, ut te eo munere ornem. neque tamen decet, spoliare me eum ista dignitate. contemnere enim eum videamur, nisi exspectemus aliquantisper et modum excogitemus, quo eam ipse sua sponte deponat. enimvero habebit rursus primas in consilio, et aliunde aliquod stipendium, quandoquidem me quoque duos e nobilitate consiliarios, quales habuit imperator, frater meus, creare necesse

καὶ οὕτως ἐμηνύθη ὁ μέγας δοὺξ διὰ τοῦ ἐμοῦ καὶ αὐτοῦ συντέκνου, τοῦ ἱερομονάχου καὶ πνευματικοῦ πατρὸς Νεοφύτου τοῦ ἐν τῇ τοῦ Χαρσιανίτου μονῇ. καὶ ἀκούσας ὁ Νοταρᾶς περὶ τοῦδε τοῦ ὀφφικίου ἔστερξε, πλὴν ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως οὐκ οἶδα· καὶ μᾶλλον ἐδείκνυεν ὅτι καὶ πρὶν ἢ τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ περὶ τούτου ἐλογίζετο ποιῆσαι, ὅπως καὶ ὁ βασιλεὺς ἀντιχαρίσηται τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἄλλην τινὰ τιμήν. ταῦτα οὖν πέρας οὐκ ἔλαβον διὰ τὴν ταχέως ἐπελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς κοινὴν συμφοράν. καὶ πάλιν εἶπέ μοι ὁ βασιλεὺς ὅτι ἤθελεν εὐεργετῆσαί μοι καὶ τὴν τοιαύτην χάριν, ἵνα συζεύξῃ εἰς γυναῖκα τὴν ἐμὴν θυγατέρα τῷ νεανίσκῳ ἐκείνῳ Νικολάῳ τῷ Μελισσηνῷ, τῷ υἱῷ ποτὲ Νικηφόρου τοῦ Μελισσηνοῦ, ὃν καὶ Μελισσουργὸν ἐπωνόμαζον, τοῦ καὶ μεγάλου πρωτοστράτορος, ὕστερον δὲ καὶ μητροπολίτου γεγονότος, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς ἡμῶν ἱστορίας ἐμνήσθημεν· καὶ τὴν ἐπιτροπικὴν διοίκησιν, ἣν προειρήκαμεν, τῶν τούτου τόπων καὶ χώρων δώσῃ μοι τοῦ ἰθύνειν καὶ κυβερνᾶν, ἕως οὗ ἡ ἐμὴ θυγάτηρ τὸ δέκατον τέταρτον ἔτος φθάσῃ καὶ ὁ γάμος τέλειος γένηται. καὶ αὕτη μὲν ἦν ἡ ὑπόθεσις, περὶ ἧς ἔλεγεν ὁ βασιλεὺς ὅτι αἱ δι' ἐμοῦ πρεσβεῖαι καὶ ὁδοιπορίαι παύσωσιν. εἴρηκέ μοι καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἤθελεν ἀποστεῖλαι ἕτερόν τινα τῶν γηραιῶν ἀρχόντων, ἵνα τὰ ἐκεῖσε, ὡς ἔφημεν, διορθώσῃ μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνάθεσιν δώσῃ

est, qui per totum diem mecum sint in palatio ad providenda, ordinanda, et facienda necessaria tum servitia tum consilia imperii." atque ita significatum est magno duci per meum et ipsius compatrem, hieromonachum et spiritualem patrem Neophytum, qui in Charsianitae monasterio erat. edoctus de hoc officio Notaras, non repugnabat, utrum libenter tamen, an invitus, nescio: quamquam prae se ferebat, etiam ante quam monitus esset, cogitasse se istud facere, ut imperator ipsius filiis aliam impertiret dignitatem. at enim haec non habuerunt exitum propter communem citius in nos ingruentem calamitatem. rursus mihi affirmavit imperator, etiam hanc se mihi gratiam daturum, ut filiam meam iuveni collocaret Nicolao Melisseno, filio Nicephori Melisseni, quem Melissurgum cognominabant, magni protostratoris, postea vero etiam metropolitae munere functi, quemadmodum historiarum libro secundo commemoravimus; pollicitus etiam, traditurum se mihi vicariam, cuius ante mentionem fecimus, administrationem locorum eius oppidorumque, quae haberem et procurarem, donec filia mea decimum quartum annum attigisset et nuptiae fierent. atque hoc illud fuit, in quo legationes et itinera mea finem esse habitura imperator affirmavit. idem mihi dixit, velle se in Pelo-

αὐτῷ πῶς ἔχῃ πρᾶξαι· εἰ ἓν κεφαλαίων οὐ δυνηθῇ ποιῆσαι, πράξῃ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ οὕτω κατὰ διαδοχὴν ἢ τὸ τρίτον ἢ τὸ τέταρτον ἢ ἐξ ἀνάγκης τὸ πέμπτον. καὶ εἶπέ μοι περὶ τούτου πάλιν "ἀλλ' ὑποψίαν ἔχω ὅτι ἐὰν ἕτερόν τινα πάρεξ σοῦ ἀποστείλω, οὐ φυλάξει μοι τὴν πρέπουσαν εὔνοιαν καὶ πίστιν, μή πως ἀπατήσωσιν αὐτὸν οἱ δεσπόται καὶ ἀδελφοί μου, ὑποσχόμενοι τούτῳ διὰ χρυσοβούλλου τινὰ κώμην ἢ χώραν αὐτῷ καὶ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ κατὰ διαδοχήν, καὶ πεισθεὶς ἀποδοκιμάσῃ τὰ τέτταρα εἰρημένα κεφάλαια, καὶ πράξῃ κατὰ τὸ πέμπτον, ὅπερ βαρύτατόν μοι ἔσεται. αὐτὸς οἶδας καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Κύπρου ῥηγίσσας τῆς ἐμῆς ἀνεψιᾶς ἀποσταλέντα μοναχόν, λέγοντά μοι ὅτι ἐπεὶ ἡ ῥήγισσα οὐκ εἶχεν ἄνθρωπον πιστὸν καὶ ἐπιτήδειον μηνῦσαί μοι δι' αὐτοῦ τὰ ὅσα ἦν ἀναγκαῖα, οὔτε δυνατὸν ἦν ὡς ἐκείνη ἐπεθύμει συλλαλῆσαί μοι διὰ στόματος, ἐξαποστείλω ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἄνθρωπον ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς δόκιμον καὶ πιστόν. διὰ τοῦτο ἕτερόν τινα οὐχ ἁρμόζει πάρεξ σοῦ εἰδέναι τὰ μυστήρια ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς ὅς ἁρμοδιώτερός σου, εἰ μὴ μόνον σὺ ὁ πράξας καὶ στήσας καὶ ὁμιλήσας καὶ πληροφορήσας τὰ πάντα μετ' αὐτῆς καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ· διὸ οὐ δύναται δι' ἄλλου τινὸς ἡ ὑπόθεσις πέρας λαβεῖν." ἐγὼ δὲ πάλιν ἀπο-
51 κριθεὶς εἶπα τῷ βασιλεῖ "ὡς κελεύει ἡ βασιλεία σου, οὕτως ἔχει. ἕνεκεν τούτων τῶν εὐλόγων αἰτιῶν ἡ ἐμὴ σύνευνος ἡ

1. πρᾶξαι ἐν κεφαλαίοις πέντε, ὅτι εἰ κατὰ τὸ πρῶτον κεφάλαιον οὐ P

ponnesum alium e senibus optimatum mittere, qui illic res, de quibus diximus, cum fratribus componeret, et referret ad se, quid facto opus esset: quodsi non posset primum caput obtinere, obtinere niteretur secundum, atque ita deinceps aut tertium, aut quartum, aut, si necessitas cogeret, quintum. rursus "sed si," inquit, "alium praeter te misero, metuo, ut is debitam mihi benevolentiam et fidem praestet, neve eum decipiant despotae, fratres mei, per bullam auream vicum aliquem vel regionem ipsi et heredibus deinceps polliciti: qua ille re commotus, quatuor capitibus reiectis, de solo quinto agat: quod mihi molestissimum accideret. praeterea scis ipse, a regina Cypri, cognata mea, ad me missum monachum dixisse, ut, quum regina non haberet hominem fidum et idoneum, per quem res quasdam maximi momenti mecum communicaret, nec posset, ut optaret, coram mecum colloqui, ego ad illam hominem ex nostra aula spectatum et fidum mitterem. quare fieri nequit, ut alii, ac tibi, secreta nostra innotescant, neque est quisquam te aptior, quandoquidem tu etiam alias omnia cum illa egisti, constituisti, communicasti, perfecisti. quam

δούλη σου ἅμα τοῖς ἐμοῖς συγγενέσιν οὐ κωλύσουσί με, εἰ τύχῃ, καὶ ποιήσω τὸ προσταχθέν μοι. ἣν εὖ μακαρίσω, ἀναφέρων αὐτῇ ἔτι περὶ ὧν διὰ τῆς καλοκἀγαθίας τῆς βασιλείας σου ἔταξάς μοι περὶ τῆς ἐμῆς θυγατρὸς ὑπανδρίας καὶ τόπων καὶ τιμῆς δωρήσεως καὶ ἀναδοχῆς πλέον τῶν ἄλλων ἀρχοντισσῶν." καὶ οὕτως καιροῦ δὴ ὄντος τοῦ ἀριστῆσαι προσκυνήσας ἐγὼ ἀπῆλθον οἴκαδε. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἐλθόντος τοῦ μεγάλου δουκὸς ἐν τῷ παλατίῳ ἐφήσατο αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὰ ὅσα μετ' ἐμοῦ ἐλάλησε περὶ τοῦ πρέσβυν με ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀπεκάλυψεν αὐτῷ δι' ἣν αἰτίαν· καὶ προσέθηκε καὶ τοῦτο, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τιμήσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν Φραντζῆν, διότι τὸ ὀφφίκιον ὃ κέκτηται οὐκ ἔστιν εὐχαριστία οὐδεμία πρὸς ἡμᾶς, διότι παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ μου εὐηργετήθη τοῦτο αὐτῷ. διὸ λέξον αὐτῷ ποῖον ἄλλο τῶν ὀφφικίων ὀρέγεται, καὶ ἀκούσωμεν. καὶ ἐξελθὼν ὁ δοὺξ καὶ εὑρών με ἐπυνθάνετο τί τὸ ὀφφίκιον ὠρεγόμην ἵνα δωρήσηταί μοι ὁ βασιλεύς. ἐγὼ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπον ὅτι κατὰ νοῦν εἶχον καὶ ἐγὼ αἰτῆσαι μεῖζον ὀφφίκιον, ὅπερ οὐ κέκτηται ἄλλος, καὶ οὔτε ζῶντός μου εὐεργετήσῃ τινὶ ἑτέρῳ πλὴν ἐμοῦ· καὶ τὸ πρέπον οὕτως μοι δοκεῖ εἶναι, ὃ καὶ ὀρέγομαι, ἐπεὶ καὶ πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν με εἰς Τραπεζοῦντα τοσαῦτα ὀνείδη καὶ κατηγορίας ἤκουσα καὶ ὑπέφερα διὰ τὸ εἶναι καὶ ἑτέρους

1. κωλύσωσί με, εἰ τύχοι P 2. ἣν ὠμαρήσω P 3. περὶ αἰτιῶν διὰ P 11. φρατζῆν P 13. εὐεργετήθη αὐτό P 16. ὀρέγομαι P 21. τοσαύτας κατηγορίας ὀνειδιστικὰς ἤκουσα P

ob rem per alium istud negotium absolvi nequit." ego ita respondi 'sicut censes, imperator, ita res habet. ac propter istas gravissimas causas coniux mea, serva tua, cum reliquis propinquis non obstabit fortasse, quominus voluntati tuae obsequar: quam beabo, quum docebo, quae maiestatis tuae gratia de filia mea collocanda decreverit, deque ditionis et honorum praemiis, prae reliquis feminis nobilibus eam evectura." ita quum tempus prandii adesset, adoratione facta, domum discessi. post prandium magno duci in palatium venienti imperator retulit, quae de obeunda mihi legatione mecum egisset, causam tamen non aperuit; addidit autem, necesse esse, ut ipse quoque me cohonestaret, quoniam munus, quo fungerer, non sua gratia, sed imperatoris, fratris sui, benevolentia mihi impertitum esset; mandavitque ei, ut quod munus optarem, ex me quaereret et sibi renuntiaret. itaque dimissus dux, ubi me vidit, rogavit, quod munus ab imperatore mihi dari cuperem. ad quae ita respondi: "possim equidem munus maius nunc petere, quod alius non habeat, quodque me vivo praeter me nemini impertiatur. quod honeste petiturus mihi videor, quia, antequam Trapezuntem discessi,

δύο ἄρχοντας ἐν τῷ ὀφφικίῳ ὃ ἔχω, ὃ οὐκ ἤθελα. ἀλλ' ἵνα βεβαιωθῇ ὁ λόγος μου, ὥς μοι εἴρηκας κἀγὼ ὀρέγομαι, εἰ και ἀρεστόν ἐστι τῷ αὐθέντῃ μου τῷ βασιλεῖ, εὐεργετήσῃ μοι τὸ ὀφφίκιον τοῦ μεγάλου κοντοσταύλου." καὶ οὕτως ἀπῆλθεν ὁ Νοταρᾶς καὶ ἀνέφερε πάντα τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ "αὐτὸ γὰρ τὸ ὀφφίκιον οὐ δίδωμι οὐδενί, ὅτι ὁ πρώην μου πενθερός ἐστι μέγας κοντόσταυλος, γεγονὼς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ πατρός μου, ὅτε ᾠκοδόμει τὸν Ἰσθμόν. πλὴν δώσω αὐτῷ ἕτερον μεῖζον ὀφφίκιον, τὸ τοῦ μεγάλου λογοθέτου." ὁ δὲ δοὺξ ἀποκριθεὶς εἶπε "καὶ τί γενήσεται μετὰ τοῦ Παλαιολόγου τοῦ Μετοχίτου"; ὁ Νοταρᾶς εἶπεν ἔτι τῷ βασιλεῖ ἵνα εὐεργετήσῃ με τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου, ὅ ἐστι μετὰ τὸ τοῦ στρατοπεδάρχου, καὶ οὐ τοῦτο, λέξας ὅτι ἡ βασιλεία σου ζητήσει τοῦ δεσπότου τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐποίησας στρατοπεδάρχην τὸν τοῦ Καντακουζηνοῦ υἱὸν διὰ τὴν συγγαμβρίας συγγένειαν καὶ διὰ τὸν πρωτοστράτορα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· καὶ ἐὰν δώσῃς τῷ Φραντζῇ τὸ τοιοῦτον ὀφφίκιον, ὅ ἐστι πρᾶτον τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, τί γενήσεται; ὅμως εἰ ἀρεστόν ἐστι τῇ βασιλείᾳ σου, εὐεργέτησον αὐτῷ τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου ὀφφίκιον, ὅ ἐστι μετὰ τὸ τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου." ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπεν "ἐγώ σοι προεῖπον ὅτι ὁ Φραντζῆς οὐ δέχε

1. ἤθελον P 2. λόγος ὅν μοι P 9. ὀφφίκιον om P 11 τοῦ Παλαιολόγου om M 12. ὁ Νοταρᾶς — λέξας om M 16 τοῦ συγγάμβρου P 18. φρατζῇ P

plurimas calumnias et criminationes expertus sum ac pertuli, qui alii duo proceres in officio essent, quod habeo: id quod nolui. itaque, ut eventum habeat oratio mea, quando tu ita iubes, cupio equidem, si imperatori, domino meo, acceptum sit, ut impertiat mihi munus magni contostauli." ita discessit Notaras et cuncta retulit imperatori: qui haec ei respondit "illud quidem munus nemini impertio, quoniam pristinus affinis meus magnus contostaulus est, ornatus ea dignitate in Peloponneso a patre meo imperatore, quum Isthmum muniret. verum dabo illi aliud maius munus, magni logothetae." tum dux "quid igitur," inquit, "de Palaeologo Metochita fiet?" addiditque, ut magni primicerii munus, quod post stratopedarchae munus sequitur, non hoc, mihi daret. "ipsa enim," inquit, "maiestas tua fratri despotae rogatu stratopedarcham fecisti Cantacuzeni filium propter affinitatem et patrem eius protostratorem. Phrantzae igitur si dederis hoc officium, quod maius est dignitate stratopedarchae, quid futurum est? sed tamen, si placet ita maiestati tuae, magni primiceri munus illi imperti, quod magno stratopedarchae proximum est." con

ται οὐδὲν ὀφφίκιον παρ' ἄλλου κρατούμενον, εἰ καὶ μειζότε-
ρον εἴη· πῶς οὖν καταδέξηται τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου;
ὅμως ἐκ δευτέρου λάλησον αὐτῷ, καὶ ἴδωμεν τὴν γνώμην
αὐτοῦ." λοιπὸν αὖθις ἦλθε πρός με ὁ μέγας δοὺξ λέγων "ὁ
βασιλεὺς ἔφη ὅτι τὸ τοῦ μεγάλου κοντοσταύλου ὀφφίκιον, ἐπεὶ
ὁ πενθερὸς αὐτοῦ ἔχει τοῦτο, οὔτε σοὶ οὔτε ἄλλῳ τινὶ εὐερ-
γετήσει αὐτό, ἀλλὰ δώσει σοι τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου,
ὅπερ καὶ πρῶτον τούτου ἐστί." κἀγὼ εἶπον αὐτῷ ὅτι εἰ καὶ
πρῶτόν ἐστι τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ὀφφίκιον, τοῦτο οὐ θέ-
λω ἀφαιρεθῆναι ἀπὸ ἄλλου καὶ δοθῆναι ἐμοί," καὶ οὕτως
διελύθη ὁ σύλλογος. βουλευθέντος δέ μου μετὰ τῶν συγγε- B
νῶν μου καὶ φίλων καὶ οἰκείων περὶ ὧν ὁ βασιλεύς μοι ἐπηγ-
γείλατο, καὶ καλῶς πᾶσιν ἔδοξεν ἵνα τὸ συνοικέσιον τῆς ἐμῆς
θυγατρὸς γένηται· περὶ δὲ τοῦ ὀφφικίου, ὡς τὸ φέρον φέρῃ,
καὶ ἀπέλθω καὶ εἰς Πελοπόννησον καὶ Κύπρον, καὶ σὺν ἐμοὶ
ἄρω καὶ τὸν ἄριστόν μου υἱὸν τὸν καὶ κρείττονα σχεδὸν εἰ-
πεῖν πάντων τῶν συνηλικιωτῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς κινητῆς
μου περιουσίας τὸ πλέον μέρος, καὶ ἀπελθεῖν ἡμᾶς διὰ ξη-
ρᾶς, ὅπως κἀκεῖνος ἴδῃ τοὺς τόπους καὶ παιδευθήσεται εἰς
πᾶν τὸ χρήσιμον ἐν τῷ βίῳ· καὶ εἰ ἴδωμεν ὅτι ἀμηρᾶς καθ'
ἡμῶν βούλεταί τι ποιῆσαι, ἐάσω τὸν υἱόν μου ἐν τῇ Πελο-
ποννήσῳ μετὰ τῆς κινητῆς μου ὑπάρξεως παρὰ τοῖς μητρικοῖς

22. μου περιουσίας καὶ ὑπ. P

tra haec imperator: "iam ante tibi dixi, Phrantzen non accepturum dignitatem, quam cum alio communem habiturus sit, etiamsi sit praestabilior: quomodo igitur accipiet munus magni primicerii? verum tu iterum eum conveni, ut cognoscamus voluntatem eius." itaque iterum ad me veniens magnus dux "imperator," ait, "dixit, magni contostauli officium, quo ipsius affinis fungatur, nec tibi nec alii cuiquam se daturum, sed ornaturum te esse magni primicerii munere, quod etiam maius illo est." cui respondi, etiamsi maius esset id officium magni ducis officio, tamen non passurum me esse, alii id derogatum in me conferri, atque ita finem habuit colloquium. consultante autem me cum cognatis, amicis et familiaribus de iis, quae imperator mihi proposuerat, omnibus videbatur, ut coniugium filiae meae fieret, de officio autem fortunae me committerem, atque in Peloponnesum et Cyprum proficiscerer et assumto filio optimo ac, prope dicam, aequalibus suis omnibus praestantiore, et maiore parte opum mobilium, per continentem iter facerem, ut ille quoque eas regiones cognosceret et ad omnem scientiam, quae quid habet ad vitam commodi, institueretur; atque, si sensissemus, ameram aliquid adversus nos moliri, filium cum bonis mobilibus in Peloponneso apud maternos cognatos, in agro futuri affinis mei

μου γνησίοις συγγενέσι, τοῖς κατοικοῦσιν ἐν ταῖς χώραις τοῦ μελλογάμβρου μου· εἰ δὲ οὐκ ἔσεταί τι καθ' ἡμῶν, ἐπαναστρέψῃ πάλιν σὺν ἐμοὶ ἐν τῇ πατρίδι. ἕνεκεν λοιπὸν τῶν εἰρημένων πασῶν αἰτιῶν, δηλονότι τοῦ συνοικεσίου τῆς θυγατρός μου καὶ τῆς μάχης ὑποψίας καὶ τῶν λοιπῶν, ὡς προείπομεν, ἡ σύνευνός μου συνεχώρησε τὴν πάλιν ἐξέλευσίν μου. ὡς οὖν τὸ τῆς θυγατρός μου συνοικέσιον διωρθώσαμεν, ποιήσαντες τὰ προικοσύμφωνα καὶ ἱερολογίαν τοῦ ἀρραβῶνος, καὶ χαρὰν διὰ τοὺς γάμους ποιήσαντες, πάντα τὰ ἀναγκαῖα διὰ τὴν ὁδὸν ᾠκονομήσαμεν, εἰ μὴ μόνον τὰς βασιλικὰς προστάξεις διὰ γραμμάτων προσεδόκουν λαβεῖν. καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ παλάτιον εἰσελήλυθα ἔνδον τοῦ τοῦ βασιλέως κελλίου, ὡς σύνηθές μοι, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν. περὶ οὗ ἠρώτησα, καὶ ἐρρέθη μοι ὅτι ἐν τῷ τρασσάρῳ δωματίῳ ἑτέρῳ πλησίον τοῦ κελλίου αὐτοῦ συνελάλει τῷ ἱερεῖ Ἀντωνίῳ τῷ Ῥοδίῳ. κἀγὼ προσμείνας μικρόν, ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς ἐξερχόμενος θυμοῦ πνέων λέγει μοι "εἶδες τὸν μεσάζοντα τὸν Νοταρᾶν τί διὰ τοῦ ἱερέως Ἀντωνίου μηνύει μοι;" εἶτα παραλειπὼν τὴν ὕβριν λέγει μοι πάλιν "σὺ ἐζήτησας τὸ ὀφφίκιον τοῦ μεγάλου κοντοσταύλου. ἐγὼ εἶπον τῷ Νοταρᾷ ὅτι οὔτε ἄλλῳ τινὶ δώσω διά τινας αἰτίας ὡς εἶπον· ἀλλ' ἔφην αὐτῷ ἵνα δώσω σοι τὸ ὀφφίκιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου. ὁ δὲ εἶπέ μοι ὅτι εἰ ὁ Πα-

2. μεγαλογαμβροῦ M 9. χαρὰς M 14. τετρασάρῳ P 21. ὀφφίκιον om P

habitantes, relinquerem; sin nihil contra nos nisurus esset, eum mecum in patriam reducerem. ceterum ob omnes illas causas, quos commemoravi, filiae coniugium, suspicionem belli et reliqua, coniux mea, ut supra dixi, denuo me peregre proficisci passa est. postquam igitur filiae coniugium perfecimus, peracta dotis et arrhabonis sponsione, gaudio propter nuptias impleti, omnia ad faciendum iter necessaria providimus, nec iam opus erat, nisi scriptis mandatis imperatoris. palatium igitur et cubiculum imperatoris pro consuetudine mea ingressus, ipsum non invenio. roganti mihi responsum est, colloqui eum in conclavi cubiculo vicino cum Antonio sacerdote, Rhodio. itaque praestolor aliquamdiu, quum ecce prodiens imperator ira incensus me inclamat "nostine," inquit, "qui a mandatis mihi est Notaras quid per Antonium sacerdotem mihi significet?" deinde remissa superbia, addit "cupivisti tu officium magni contostauli: quod nec alii cuiquam daturum me esse propter causas, quas commemoravi, Notarae edixi: tibi vero daturum me esse magni logothetae officium. ad quae ille respondit: si hac te dignitate ornassem, quid futurum esset, quum Palaeologus magnus stratopedarcha id cognovisset. iam hodie misit ad

λαιολόγος ὁ μέγας στρατοπεδάρχης ἀκούσῃ τοῦτο, τί γενήσεται,
εἰ σοὶ εὐεργετήσω τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα. καὶ σήμερον ἔστειλεν
ὃν εἶδες ἐξελθεῖν, τὸν ἐν σχήματι καὶ θεωρίᾳ ἐπιτήδειον τῷ
δὲ τρόπῳ καὶ νοῒ ἄγροικον καὶ ἀνωφελέστατον Ἀντώνιον ἱερέα,
αἰτῶν μοι ἵνα τιμήσω τοὺς σκαιοτάτους καὶ ἀσυνέτους υἱοὺς
αὐτοῦ, τὸν μὲν πρῶτον μέγαν λογοθέτην, τὸν δὲ δεύτερον μέ-
γαν κοντόσταυλον, ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐσθῆτας ἐκεῖνος ἄρχει, ὅπερ
ἐστὶν ἡ ὑπηρεσία τοῦ αὐτοῦ ὀφφικίου. λοιπὸν λέγω εὐεργε-
τήσω αὐτοῖς ἄλλα ὀφφίκια μετὰ καιρόν, οὐ τοσαύτης ἀξίας
ὅμως, ἀλλ' ἐλάττονα· σὺ δὲ ἔσῃ ἀπὸ τοῦ νῦν μέγας λογο-
θέτης. τοῦτο δὲ καὶ μόνον παραγγέλλω σοι, ὅτι διὰ τὰ συμ-
βάντα τοῦ καιροῦ καὶ τὰς ποικιλώδεις γνώμας τῶν ἀρχόντων
καὶ ἄλλας αἰτίας μὴ προσκυνήσεις με εἰς παράστασιν ἑορτῆς,
ὡς ἔξεστι τῷ ὀφφικίῳ σου, εἰ μὴ ὁ Νοταρᾶς γράψει ἐν ταῖς
πρὸς τοὺς αὐταδέλφους μου καὶ τὴν ἀνεψιάν μου τὴν ῥήγισ-
σαν ἐπιστολαῖς, καὶ ἁπλῶς πρὸς πάντας οὓς μέλλω γράψειν
περὶ τῆς ἐκεῖσε ἀποδημίας, σὺ δὲ ἀντιγράψεις πάλιν ἐκεῖθεν
πρός με καὶ πρὸς πάντας τοῦ οἴκου σου. εἰ καὶ ἐν τούτῳ
τῷ μέσῳ ἀκούσωσι οἱ μὴ θέλοντες, καὶ εἰ φανήσεται αὐτοῖς 52
αὐστηρὸν ἢ πικρόν, θέλοντες καὶ μὴ θέλοντες καταπίωσιν
αὐτό." ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην τῷ βασιλεῖ λέγων "κύριος ὁ θεὸς
μακροημερεύσοι τὸ κράτος σου. ὅμως δεόμενος παρακαλῶ
τὴν ἁγίαν σου βασιλείαν, ἐὰν μέλλῃ συμβῆναι δι' ἐμέ τι

2. ὀφφίκιον ἢ ἀξίωμα P 3. ἐξελθόντα P 7. θῆτας ἐκείνους P
8. εὐεργετῆσαι P 16. μέλλει γράψαι P

me, quem exeuntem vidisti, habitu et specie idoneum, moribus et
ingenio horridum et improbum Antonium sacerdotem, rogans, ut in-
eptissimos ipsius et stolidos filios, maiorem magnum logothetam, mi-
norem magnum contostaulum creem, quum ille etiam vestimentis
praesit, quod proprium eius munus est. attamen consentio, proce-
dente tempore daturum me iis esse alia officia, non tanti tamen pon-
deris, sed leviora; tu autem dehinc magnus logotheta eris. verum hoc
unum te moneo, ut propter temporis eventa et varias procerum vo-
luntates aliasque causas in festorum dierum solennitatibus ne me
pro more officii tui adores. quamquam notarius rei mentionem fa-
ciet in literis ad fratres meos et cognatam meam reginam, denique
ad omnes, ad quos de itinere tuo scripturus sum, ac tu illinc vicis-
sim ad me et quemcunque domus tuae scribens, titulum hunc usur-
pabis. quodsi interea rem cognoverint, qui invident tibi, quamvis iis
durum acerbumque videatur, volentes nolentes eam devoranto." re-
spondi ita imperatori: "deus dominus producat imperium tuum. sed
tamen suppliciter rogo sanctam maiestatem tuam, si mea causa ulla
futura sit offensio, unde quid detrimenti capiat imperium tuum, un-

σκάνδαλον δι' οὗ προξενηθήσεται λύπη τῷ κράτει σου, μὴ γένοιτο εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τὸ δέρμα μου ἀφαίρεσον, εἰ εἰς εἰρήνην καὶ εὐφροσύνην τῇ βασιλείᾳ σου εἴη." ὁ δὲ εἶπέ μοι "ὡς πιστὸς θεράπων εἴρηκας. ὅμως μὴ φρόντιζε περὶ τούτου οὐδέν· λυποῦμαι γὰρ πῶς μὴ περισκεπτόμενοι τὰς πρός με τοσαύτας παρὰ σοῦ θεραπείας καὶ φιλίας βούλονται κατὰ σύγκρισιν τῶν σῶν ταῖς ἑαυτῶν ὑπολήψεσιν ἀποπηδᾶν τοὺς προσήκοντας βαθμοὺς τῶν ὀφφικίων. πλὴν προσκάλεσον ἐνταῦθα τὸν τὰ ταύτης τῆς ὑπηρεσίας ἐμπιστευθέντα νοτάριον." καὶ ἐλθὼν ὁ νοτάριος, προστάξας ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτῷ "προείπομέν σοι πρὸς τίνα καὶ τίνα ἔδει σε γράφειν τὰς τῆς πίστεως ἐπιστολάς, οἷς γράψον ὅτι μέλλουσι μαθεῖν τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ μεγάλου λογοθέτου Γεωργίου τοῦ Φραντζῆ. καὶ εἰ μὲν ζήσωμεν καὶ πρόσω, γράψεις αὐτὸν καὶ συγγενῆ ἡμῶν εἶναι. καὶ ἐάν τινι οὐκ ἀρέσῃ, ἄκοντες ὑπομείνωσι, καὶ ἀντὶ νέκταρος ἢ μυρεψικοῦ ποτοῦ τὴν χολὴν καταπιέτωσαν. εἰ μὴ καὶ σύ, νοτάριε, ἔχε τοῦτο ὡς ἀπόκρυφον μέχρι ἡμερῶν τινῶν." καὶ συγκατασκευάσας τὰ πράγματα ἔλαβα αὐτά, καὶ προσεδόκουν σήμερον ἢ αὔριον προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ ἤγουν λαβεῖν ἄδειαν ἵνα ἀπέλθω. ἰδοὺ ἐξῆλθε τῆς Ἀνδριανουπόλεως ὁ ἀμηρᾶς βαδίζων καθ' ἡμῶν. καὶ προσμείναντες ὀλίγον ἵνα ἴδωμεν, μή ποτε κατὰ τὴν ὁδὸν συναντήσῃ ἡμῖν τι ἀπευκταῖον.

7. *αὐταῖς* P 14. *φρατζῆ* P 15. *εἶναι* om P 18. *γράμματα* P 23. *τὸ* P

quam ne fiat, quod meditaris, imo potius pellem mihi detrahas, si ad maiestatis tuae tranquillitatem et pacem conducat." tum imperator "ut minister," ait, "fidelis locutus es. sed ne tibi ista res curae sit ullo modo. doleo enim, quod nihil circumspicientes tanta tua erga me officia et obsequia, et tuorum meritorum comparationem affectantes, animis gradus officiorum convenientes transsilire conantur. verum arcesse huc iam munere hoc fungentem notarium." venientem notarium imperator ita allocutus est: "ante tibi significavimus, quae et ad quos publicae fidei epistolis tibi scribenda sint: his adde, eos totam rem cognituros esse e Georgio Phrantze magno logotheta; ac si vita suppeditaverit, scribes etiam, eundem nobis affinem esse. hoc cui displicuerit, ringatur licet, et pro nectare aut potu aromatico bilem concoquat. at tu quoque, notarie, hoc dies aliquot silentio tege." rebus deinde adornatis, instructus iis sum atque exspectabam, eo ipso die aut postridie me adoraturum imperatorem et abeundi potestatem accepturum esse, quum subito Adrianopoli egressus ameras adversus nos proficiscitur. itaque praestolati sumus aliquamdiu, ne forte in itinere contingeret nobis quid infaustum.

3. Ἰδὼν καὶ ἀκούων ὁ ἀμηρᾶς Μεεμέτης τὰς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ νίκας καὶ πολέμους περιφανεῖς καὶ τῶν ἑτέρων αὐτοῦ τρισκαταράτων προγόνων, ἐν ἑαυτῷ ἐφαντάζετο τί ἄρα καὶ αὐτὸς ποιήσῃ ἄξιον μνήμης. ταῦτα οὖν κατὰ νοῦν λογιζόμενος βουλῇ κακῇ καθ' ἡμῶν χρησάμενος ἦν, ἵνα πόλεμον ἐγείρῃ κατὰ τῆς πόλεως· ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῷ "ἐὰν τὴν πόλιν νικήσω, ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἤδη ἐποίησα, διότι αὐτοὶ μὲν κατὰ τῆσδε τῆς πόλεως πολλάκις πειρασθέντες οὐδὲν ἐκατώρθωσαν." διὰ ταύτην οὖν τὴν ὑποκεκρυμμένην ἔννοιαν καλὸν ἐφάνη αὐτῷ ἵνα κατὰ τὸ τῶν Ἀσωμάτων στενὸν ἄστυ κτίσῃ, ὡς προείρηται, ἵνα καταφυγὴν ἔχῃ αὐτὸ περὶ ὧν ἐμελέτα ποιῆσαι, ὅπως οὐδὲν τῶν πλοιαρίων μικρὸν ἢ μέγα δυνηθείη κατελθεῖν ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου κατὰ τὴν πόλιν, καὶ ἵνα ῥάδιον ἔχωσι τὸ πέραμα ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς Εὐρώπην. θέλων δὲ καὶ βιαζόμενος ἵνα τὰ μελετούμενα ὑπ' αὐτοῦ ἀρχὴν λάβωσιν, ἰδοὺ τῇ κς' Μαρτίου τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἐνναχοσιοστοῦ ἑξηκοστοῦ ἔτους ἐλθὼν ἔπεσεν εἰς τὸ στενόν, ἵνα οἰκοδομήσῃ τὸ ἄστυ. ἰδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς τὰς πανουργίας αὐτοῦ ἐβουλήθη ἀποκαλύψαι αὐτὸς πρῶτον τὴν μάχην, ὅπως αὐτὸν ἐμποδίσῃ. τινὲς δὲ τῶν τῆς συγκλήτου ἱερωμένων τε καὶ λαϊκῶν ἐκώλυσαν τὴν γνώμην καὶ βουλὴν τοῦ βασιλέως, B

1. ἀρχὴ τῶν ὀδυνῶν καὶ ἀφανισμοῦ ἐσχάτου (ἐσχάτου om P) τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων MP. addit M συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Φραντζῆ. ἀκούσας P 12. μικρῶν ἢ μεγάλων M 16. ἑξακ. ἐνναχ. add Alterus 18. εἰδὼς M 19. τὴν μάχην πρῶτος αὐτὸς P

3. Mehemetes ameras quum patris maiorumque exsecratissimorum praeclaras victorias et res gestas videret audiretque, reputabat secum, quid ipse faceret dignum memoria. haec cogitans apud animum suum, malo consilio statuit, ut bellum adversus urbem pararet. sic enim secum ratiocinabatur "si urbem vicero, priores omnes praecelluero, quoniam illi eam urbem saepe aggressi frustra laborarunt." ex hac occulta cogitatione igitur visum ei est, iuxta Asomatorum angustias castrum condere, ut supra monuimus, quo refugium haberet, dum faceret, quae meditabatur, neve ullum sive parvum sive magnum navigium e Ponto Euxino in urbem posset pervenire, utque faciliorem haberent ex Asia in Europam transitum. festinans igitur et instans, ut meditatis a se eventum daret, ecce die 26 Martii anni 6960 subito invasit angustias, castrum exstructurus. animadvertens astutiam eius imperator, ipse primum bellum commovere ad eum impediendum statuit. at quidam senatorii ordinis tum sacerdotes tum laici adversabantur sententiae et consilio eius. "ne commoveatur," aiebant, "a maiestate tua bellum, donec cognoverimus, quid ille ve-

λέγοντες "μὴ ἀποκαλυφθήτω ἡ μάχη παρὰ τῆς βασιλείας σου, ἕως ἂν ἴδωμεν τί βούλεται αὐτὸς πρᾶξαι. εἰ καὶ τὸ ἄστυ κτίσῃ, ἐν εὐκολίᾳ παραλαμβάνομεν αὐτὸ διὰ τὸ ἐγγύτερον εἶναι ἡμῖν." ὃ καὶ ἐν ὑστέροις εἶδον τέλειον, καὶ ἀληθῶς ἔγνωσαν ὅτι ἐλπίδες κεναὶ τρέφουσι τοὺς ἀνοήτους. ἐγὼ δὲ ἐναπέμεινα τῆς πορείας ᾗ ἡτοιμάσθη, σήμερον λέγοντες ἴδωμεν καὶ αὔριον· καὶ ὅτι διὰ ξηρᾶς οὐχ ἁρμόζει, ἐπεὶ ἐπικίνδυνόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' εὑρήσωμεν πλεύσιμον.

Ἐν Ἰουνίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἰδοὺ ἐδημοσιεύθη ἡ μάχη· καὶ καθ' ἡμῶν τοῦ στρατοπέδου δραμόντος, ᾐχμαλώτευσε πάντας τοὺς ἔξωθεν τῆς πόλεως οἰκοῦντας. ἐν ᾧ καιρῷ ἐτελείωσε καὶ τὸ ἄστυ, καὶ ἐν αὐτῷ ᾠκοδόμησε πύργους τρεῖς ἰσχυρούς, τοὺς δύο μὲν χερσαίους, τὸν δὲ ἕτερον κατὰ θάλασσαν, ὃς καὶ ὀλίγον τι μείζων τῶν δύο ὑπῆρχε. τὸ δὲ τείχων εὖρος ἦν εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν, τὸ δὲ ἔσωθεν αὐτῶν εὐρύχωρον ὑπῆρχε τριάκοντα καὶ δύο ποδῶν. εἶτα ἐν μολύβδῳ σκεπάσας τοὺς πύργους, καὶ πᾶν τὸ ἄστυ καλῶς ἀσφαλίσας, καὶ ἐν αὐτῷ φρουροὺς κατέστησε. καὶ ἐν τῇ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τοῦ Αὐγούστου ἐγερθεὶς ἐκεῖθεν ἔπεσεν ἐπὶ τὰς σούδας τῆς πόλεως, καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τοῦ ͵ςϡξα' ἔτους διέβη εἰς τὴν Ἀνδριανούπολιν, ὡς φαίνεται, ἵνα ταῖς δύο αὐταῖς ἡμέραις ἴδῃ τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ

1. ἀποκαλυφθείη P 6. ἧς ἡτοιμάσθην, λέγοντος τοῦ βασιλέως σήμερον καὶ αὔριον ἴδωμεν, καὶ P 9. ἀνὰ τούτου τῷ Ἰουνίῳ P 15. δύω P 16. εὖρος ἦν ὡσεὶ λβ P 19. τὰς σούδας om P 22. καὶ τοὺς τάφρους καὶ τὰς φρουρὰς καὶ P

lit. etiamsi enim castrum condiderit, tamen facili opera id expugnabimus, quoniam propius nobis est." quod postea compererunt planissime, et revera cognoverunt, spe vana pasci amentes. ego autem perseverabam in itineris iam parati consilio. scilicet "hodie," aiebant, "aut cras videbimus; nec per terram iter facere licet, quoniam periculosa res est, sed navigandi occasionem inveniemus."

Mense Iunio eiusdem anni bellum commissum est, atque invadente nos exercitu hostili, pro captivis abrepti sunt cuncti suburbani. quo eodem tempore castrum perfectum est, exstructaeque in eo tres turres firmae, duae continentem versus, tertia, illis paulo altior, ad mare. murorum latitudo erat viginti quinque pedum, interius spatium duorum et triginta. easdem plumbo texit et totum castrum bene munivit et praesidio firmavit. deinde vicesimo octavo die Augusti inde egressus, in vallos urbis impressionem fecit, ac primo Septembris anni 6961 Adrianopolim concessit, duobus illis diebus urbis, ut videtur, moenia et fossas, et si quid aliud volebat, speculatus. eodem

τάφρους, καὶ εἴ τι ἕτερον αὐτὸς ἐλογίζετο. καὶ τῷ αὐτῷ φθινοπώρῳ Ὀκτωβρίου πρώτῃ στείλας τὸν Τουραχάνη καὶ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ Ἀχουμάτιν καὶ Ἀμάριν μετὰ πλείστου στρατοῦ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, ἵνα μαχόμενοι κατὰ τῶν δεσποτῶν τῶν τοῦ βασιλέως ἀδελφῶν κωλύσωσι τοὺς τοιούτους ἐμποδίζοντες διὰ τοῦ πολέμου, ἵνα μὴ δυνάμενοι ἐᾶσαι τὸν τόπον ἔλθωσι πρὸς συμμαχίαν τῷ βασιλεῖ· καὶ οὕτως ἐπροσέταξεν ὁ ἀμηρᾶς ἵνα δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος ἐμποδίζοντες αὐτούς, καὶ μὴ εὕρωσιν εὐκαιρίαν τοῦ ἐλθεῖν βοηθῆσαι τῇ πόλει ἅμα τῷ βασιλεῖ τῷ καὶ ἀδελφῷ αὐτῶν. ἐλθόντος οὖν τοῦ Τουραχάνη καὶ τὰ τείχη τοῦ Ἰσθμοῦ αὖθις ἁλώσαντος, καὶ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν πλεῖστοι ἀπεκτάνθησαν, λέγω Χριστιανῶν καὶ ἀπίστων, μάλιστα ἐκ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. αὐτὸς δὲ καταλιπὼν τὴν Κόρινθον καὶ διὰ μέσου τῆς νήσου ἐρχόμενος αἰχμαλωτεύων, ἄλλους σκυλεύων καὶ ἀνδραποδίζων, οὓς εὗρε, ἔφθασεν ἄχρι τῆς Ἀρκαδίας ἐπαρχίας καὶ τοῦ Μεσσηνιακοῦ κόλπου, καὶ τὴν ὁδὸν βαδίζων τῆς Ἰθώμης, καὶ πάντα τὸν Μεσσηνιακὸν κόλπον ληϊσάμενος ἄχρι τῆς Μαντινείας. ἰδὼν δὲ τὸ τοῦ τόπου στενὸν καὶ δύσχωρον, δι' οὗ στρατὸς οὐκ ἐδύνατο ὁδεύειν ὁμοῦ πάντες, τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἀχουμάτῃ μέρος οὐκ ἀγενοῦς

2. κη P 3. ἀχμέτην καὶ ὀμέρην P 4. μαχόμενοι ἐμποδίσωσι τοὺς δεσπότας καὶ ἀδελφοὺς τοῦ βασιλέως δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος, ἵνα μὴ ἔχωσι καιρὸν ἐπιτήδειον καὶ εὐκαιρίαν τῷ ἀδελφῷ καὶ τῇ πόλει βοηθῆσαι καὶ συμμαχῆσαι. ἐλθόντος P 11. ἀναλώσαντος καὶ προσβολῆς γενομένης ἀμφ. P 12. ἀπεκτ. καὶ διὰ τὸ παμπληθεῖς εἶναι τοὺς ἀσεβεῖς οἱ ἡμέτεροι εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, οὐ δυνάμενοι ἀντιστῆναι τοσοῦτο. αὐτὸς P 15. ἄλλους] ἁλῶν P 21. ὁμοῦ πάντες om P μέρος τοῦ στρατοῦ δώσας τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἀχμέτῃ αὐτῷ τί δεῖ ποιεῖν προσέταξεν. ὁ δὲ P

autumno, Octobris die primo, Turachanem et duos filios eius, Achumatem et Amarim, cum exercitu ingenti in Peloponnesum misit, ut despotas, fratres imperatoris, bello adorti prohiberent, ne, relictis illis locis, imperatori auxilio venirent, mandavitque iis ameras, ut per totam hiemem eos impedirent, ne invenirent occasionem ferendae urbi opis una cum imperatore fratre. Turachanes igitur ut advenit, Isthmi propugnacula cepit, ceciderunt que ex utraque parte, Christianorum et infidelium, permulti, sed illorum plures, qui iidem fugae se mandarunt. ipse deinde, relicta Corintho, per mediam insulam procedit, capiens, spolians, in servitutem redigens quoscunque obvios, pervenitque ad provinciam Arcadiae et sinum Messeniacum, et via Ithomensi progrediens totum sinum Messeniacum Mantineam usque depo-

στρατοῦ δώσας καὶ τὴν ὁδὸν ἐρχομένην ἐν τῷ Λεοντάρῃ παρήγγειλεν ὁδεύειν· ὁ δὲ δι' ἄλλης ὁδοῦ ᾤχετο. μαθόντες δὲ τοῦτο οἱ δεσπόται καὶ ἀδελφοὶ στείλαντες τὸν Ματθαῖον Ἀσάνην μετὰ στρατοῦ λαθραίως, καὶ ἐλθὼν ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἔμελλον περάσαι, καὶ αἰφνιδίως εἰς αὐτοὺς συρράξαντες πολλοὺς ἀπέκτειναν καὶ ᾐχμαλώτισαν, ἐν οἷς εἷς ἦν τῶν αἰχμαλώτων καὶ ὁ Ἀχουμάτης ὁ Τουραχάνη υἱός· ὃν ἀπέστειλαν εἰς Σπάρτην πρὸς τὸν δεσπότην κὺρ Δημήτριον. καὶ τῇ ιζ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐγεννήθη καὶ ὁ τῶν Παλαιολόγων γένους καὶ τῆς βασιλείας διάδοχος καὶ τοῦ τῶν
53 Ῥωμαίων μικροῦ τούτου σπινθῆρος κληρονόμος, ὁ κύριος Ἀνδρέας ὁ Παλαιολόγος, ὁ υἱὸς τοῦ δεσπότου κὺρ Θωμᾶ τοῦ πορφυρογεννήτου.

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτως εἶχον τὰ τῆς Πελοποννήσου. ὡς δὲ τὸ ἔαρ ἐπέλαμψεν, ὁ ἀμηρᾶς, ὃν εἶχε κατασκευασμένον στόλον οἰκονομήσας τὰς ἑλεβόλεις καὶ ἑλεβολίσκους καὶ ἑτέρας μηχανάς, ἃς εἶχε προητοιμασμένας, εἶτα ἔμπροσθεν στείλας τὸν Χαρατὴ μπασιᾶν μετὰ φουσάτου, καὶ ἐλθὼν ἀπέκλεισε τὴν πόλιν. καὶ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν ἀμηρᾶν, τοὺς ἔξωθεν πύργους τῆς πόλεως τοὺς ἐν ἀγροῖς καὶ κώμαις, ἐν οἷς ἦσάν τινες ἄνθρωποι συναχθέντες διὰ τὸ αἰφνίδιον τοῦ στρατοῦ, ἐξεπολιόρκησε καὶ ἐπῆρεν. ἐξ αὐτῶν μέρος μὲν

4. λαθραίως ἦλθον P 7. ἀχμέτης P 14. ἔχει P 15. ab ὡς caput 4 incipit P 16. τηλεβόλους καὶ τηλεβολίσκους sec P 17. μηχανίας P 18. γαρατὴ πασιᾶν P στρατοῦ P

pulatur. perspectis autem regionis angustiis et natura invia, per quam totus simul exercitus transire non posset, militum strenuorum parte Achumati filio commissa, via eum, quae trans Leontarim fert, procedere iussit. at aliam is viam ingressus est. quo comperto, despotae fratres Matthaeum Asanem clam cum exercitu mittunt; qui ubi pervenerunt in locum, quem illi transire vellent, subito in eos incursione facta, non paucos partim occidunt, partim capiunt, in his ipsum Turachanis filium Achumatem, quem Spartam ad Demetrium despotam mittunt. decimo septimo die Ianuarii anni eiusdem natus est Palaeologorum et imperii parvaeque huius scintillae Romanorum heres, Andreas Palaeologus, Thomae porphyrogeniti despotae filius.

Ac res Peloponnesiacae quidem tales fuerunt. vere autem ingruente, ameras cum classe, quam instructam habebat, postquam expedivit helepoles et heleboliscos aliasque, quas paraverat, machinas, Charateh pasiane cum exercitu praemisso, advenit urbemque obsidione pressit: ante tamen turres extra urbem in agris vicisque sitas, in quas nonnulli propter repentinam hostium irruptionem se recepe-

ἐδουλώσαντο, καὶ μέρος ἐκ τοῦ λοιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης κακοπαθείας ἐπῆρε, καὶ οὐκ ὀλίγους Χριστιανοὺς ᾐχμαλώτισε. τὰ δὲ τοῦ πολέμου ἀναγκαῖα καὶ ἐπιτήδεια καὶ μηχαναὶ ἀναμέσον ἤρχοντο πολλά· ἔφερον γὰρ ἑλεβόλεις πολλάς. ἐξ αὐτῶν δέ τινες τοσοῦτον ὑπῆρχον εἰς μέγεθος, ἃς οὐκ ἐδύναντο τεσσαράκοντα ζεύγη βοῶν σύρειν ἑκάστην αὐτῶν ἢ καὶ πεντήκοντα ζεύγη καὶ πλέον ἢ δύο χιλιάδες ἄνθρωποι. καὶ τῇ β' τοῦ Ἀπριλλίου ἔφθασε καὶ ὁ ἀμηρᾶς μετὰ πλῆθος ἀναρίθμητον στρατοῦ ἱππικοῦ τε καὶ πεζοῦ. ἐλθὼν τὴν σκηνὴν αὐτοῦ πήγνυσιν ἐξ ἐναντίας τῆς πύλης τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ, καὶ ὁ στρατὸς ὡσεὶ ἄμμος θαλάσσης κατὰ τὸ Ἑξαμίλιον τῆς χέρσου ἐκ τῆς μιᾶς θαλάσσης καὶ ἐκ τῆς ἑτέρας. καὶ ὁ τῆς ἀνατολῆς στρατὸς ἐπήξατο τὰς σκηνὰς αὐτῶν ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ ἀμηρᾶ καὶ ἕως τῶν ἀκτῶν τῆς θαλάσσης πύλης τῆς χρυσῆς, ὁ δὲ τῆς Εὐρώπης ἐν τῇ ἀριστερᾷ καὶ ἕως τῆς πύλης τῆς ξυλίνης τῶν ἀκτῶν τοῦ Κερατίου κόλπου. καὶ ὁ ἀμηρᾶς περιεκυκλοῦτο ὀρυκτοῖς χαρακώμασι καὶ ξυλίνοις περισταυρώμασι, καὶ ἔξωθεν τοῦ χαρακώματος περιΐσταντο οἱ ἰαννιτζάροι σὺν τοῖς ἄλλοις εὐγενέσι τοῦ παλατίου αὐτοῦ. ὁ δὲ μπασιᾶς ὁ τοῦ ἀμηρᾶ συγγενὴς ἐλθὼν ἐσκήνωσεν ἅμα τῷ ἐμπιστευθέντι αὐτῷ στρατῷ ἄνωθεν τοῦ Γαλατᾶ. καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔφθασεν καὶ μέρος τοῦ στόλου αὐτοῦ, καὶ ἐπλη-

3. μηχανήματα M 4. τηλεβόλους sec P 6. βοῶν om P
7. ζεύγη om P 11. τὸν ἰσθμὸν P 19. γιανιτζάροι P

rant, expugnatas evertit. horum partem in servitutem redegit, partem peste et aliis incommodis confecit, ac non pauci Christiani captivi facti sunt. res ad bellum necessariae et utiles cum machinis interim magno numero advehebantur: in his helepoles permultae, quarum nonnullae tantae erant magnitudinis, ut singulae a quadraginta vel quinquaginta iugis boum atque hominum plus duobus millibus trahi non possent. secundo Aprilis ipse ameras affuit cum copiis equestribus et pedestribus innumeris, et tentorium ex adverso portae sancti Romani fixit, atque exercitus ut arena maris ad Hexamilium per terram ab uno mari ad alterum pertinuit atque orientalis quidem pars a dextra amerae usque ad portam, quae est in litore, auream castrametata est, Europaea a sinistra usque ad ligneam portam in sinus Ceratini litore sitam. erat ameras vallo et fossa palisque cinctus, et extra vallum stabant iannitzari cum reliquis palatii proceribus. pasias autem, cognatus amerae, cum exercitu sibi commisso supra Galatam castra posuit. eodem die pars classis advenit et prope urbem ad litus maris appulit. erant triremes et dromones circiter triginta, naves minores autem et uniremes centum et triginta.

σίασεν ἐν ταῖς ἀκταῖς τῆς θαλάσσης τῆς πόλεως. ἦσαν δὲ τριήρεις ὡσεὶ τριάκοντα καὶ δρόμωνες, νῆες δὲ καὶ πλοιάρια καὶ μονήρεις τριάκοντα καὶ ἑκατόν. καὶ οὕτως παρέπεται τῇ πόλει πολιορκῶν αὐτὴν πᾶσι τρόποις καὶ μηχαναῖς, διὰ ξηρᾶς καὶ θαλάσσης περικυκλώσας τὰ δέκα ὀκτὼ μίλια τῆς πόλεως. καὶ ὁ βασιλεὺς προσέταξε τὴν σειρὰν τὴν σιδηρᾶν τὴν βαρυτάτην ἐν τῷ στόματι τοῦ λιμένος βαλεῖν, ἵνα τοῦ στόλου, λέγω τῶν πολεμίων πλοίων, κωλύσῃ τὴν ἔφοδον· ἔσωθεν δὲ τῆς ἁλύσου τὰς παρατυχούσας νῆας ἐνέβαλλον, ὅπως ἰσχυροτέρως κωλύσωσι τὴν εἴσοδον καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀντιμάχωνται. ἦσαν δὲ νῆες τοιαῦται, ἐκ μὲν Λιγουρίας τρεῖς, ἐκ δὲ Ἰβηρίας ἤτοι Καστελίας μία, ἐκ τοῦ Γάλλου τῆς Προβέντζιας . . ., ἐκ δὲ τῆς Κρήτης τρεῖς, ἐκ τῆς πόλεως λεγομένης Χάνδαξ ἡ μία καὶ αἱ δύο ἐκ Κυδωνίας, πᾶσαι εἰς παράταξιν πολεμικὴν καλῶς ἡτοιμασμέναι. ἔτυχον δὲ καὶ ἐκ τῶν Ἑνετῶν τριήρεις ἐμπορικαὶ μεγάλαι τρεῖς, ἃς οἱ Ἰταλοὶ εἰώθασι γρόσσας γαλέρας καλεῖν ἢ μᾶλλον εἰπεῖν γαλεάτζας, καὶ ἕτεραι τριήρεις ταχεῖαι πρὸς φύλαξιν καὶ ὑπηρεσίαν τῶν ἐμπορικῶν τεταγμέναι. καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ἵνα καὶ αὐταὶ ἐναπομείνωσιν εἰς συνδρομὴν τῆς πόλεως. καὶ οὕτω
B *τὰ τοῦ λιμένος ᾠκονόμητο, ἐκ δὲ τῆς χέρσου ἔστησαν οἱ ἐναν-*

1. *τῆς θαλάσσης* om P 3. *παραπέμπεται* P 9. *τῆς ἁλύσου* om P 11. *δὲ αἱ ἔνδον νῆες αὗται* P 12. *δὲ Καστελίας τῆς Ἰβηρίας τῶν Ἱσπανῶν μία, ἐκ τῆς Γάλλων Πρεβωτίας* , *ἐκ* P

ita ad urbem accedit obsidetque eam omni modo omnisque generis machinis, terra marique per octodecim milliarium ambitum inclusam. imperator ponderosissimam catenam ferream ori portus praetendi iussit, qua accessus navium hostilium arceretur; intra eam naves, quae forte aderant, collocabantur ad validius defendendum aditum et impetus hostium propulsandos. erant naves hae: e Liguria tres, ex Iberia sive Castilia una, e Provincia Galli . . ., e Creta tres, ex urbe, cui Chandax nomen, una, Cydoniatarum duae, omnes ad pugnam probe instructae. aderant praeterea Venetorum magnae triremes mercatoriae tres, quas Itali magnas galeras, sive potius galeatzas appellare solent, et aliae triremes veloces ad custodiam et tutelam mercium constitutae: quas et ipsas imperator ad succurrendum urbi manere iussit. hoc modo igitur portui provisum est. in terra hostes magnam illam helepolim, cuius os patebat spithamas duodecim, et alias complures spectatu dignas collocarunt; ac fossa militari alta ducta palisque superne munita, iaculabantur, et moenia urbis locis quatuordecim graviter percutiebant; destruebantque machinis, quibus

τίοι τὴν μεγάλην ἐκείνην ἑλεβόλιν, πλάτος ἔχουσαν ἐπὶ τοῦ στόματος σπιθαμὰς δυοκαίδεκα, καὶ ἑτέρας πολλὰς ἑλεβόλεις ἀξίας θεάματος· καὶ στρατήγιον ὀρυκτὸν ποιήσαντες ὑψηλὸν καὶ μετὰ ξύλων σταυρώσαντες αὐτὰς ἄνωθεν ἔβαλλον, καὶ ἐν τόποις τέσσαρσι καὶ δέκα τὰ τείχη τῆς πόλεως σφοδρῶς ἔτυπτον. καὶ ἐκ πετροβόλων μηχανημάτων πολλαὶ οἰκίαι περιφανεῖς ἐγγὺς τῶν τειχῶν ἠχρειώθησαν, καὶ μάλιστα τὰ ἀνάκτορα· ἐκ δὲ τῶν ἑλεβόλεων τὴν πόλιν ἐθορύβουν κροτοῦντες καὶ κλονοῦντες τοῖς τείχεσι καὶ τοῖς πύργοις ἐνέδιδον, καὶ διαμφὶς οὐκ ἔλιπον θάνατοι ἔκ τε τῶν ἑλεβόλεων καὶ ἑλεβολίσκων μπαλαιστρῶν τε καὶ τόξων καὶ ἑτέρων μηχανημάτων. καὶ οὐκ ἔπαυεν ὁ πόλεμος καθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτα, αἱ συμπλοκαὶ καὶ αἱ συρρήξεις καὶ οἱ ἀκροβολισμοί, ἐλπίζων ὁ ἀμηρᾶς διὰ τὸ ὀλίγους εἶναι ἡμᾶς καὶ ἰσχυρῶς κεκοπιακότας εὐκόλως θηρεῦσαι τὴν πόλιν· καὶ οὐκ εἴασεν ἡμᾶς ἄνεσιν λαβεῖν οὐδ' ὅλως. ἡ δὲ μεγάλη ἐκείνη καὶ ἰσχυρὰ ἑλέβολις διὰ τὸ συνεχῶς σφενδονίζειν καὶ οὐ τοσοῦτον τὸ μέταλλον ὑπάρχειν καθαρὸν διερράγη ἐν τῷ βάλλειν τὸν τεχνίτην τὸ πῦρ καὶ εἰς πολλὰ διεμερίσθη κλάσματα, καὶ ἐκ τούτων πολλοὶ ἀπεκτάνθησαν καὶ ἐπλήγησαν. καὶ ἀκούσας ὁ ἀμηρᾶς ἐλυπήθη λίαν, καὶ προσέταξεν ἵνα ἀντ' αὐτῆς ποιήσωσιν ἄλλην ἰσχυροτέραν, καὶ ἕως τῆς αὐτῆς ἡμέρας οὐδὲν ἄξιον ἔργον καθ' ἡμῶν κατώρθωσαν. καὶ τῇ ιε' τοῦ αὐτοῦ ἔφθασε καὶ ὁ ἐναπολειφθεὶς στόλος αὐτοῦ ἔκ τε τοῦ

1. τηλέβολον sec P, ἑλέβολον pr 2. τηλεβόλους P 8. τηλεβόλων P 9. καὶ κλονοῦντες om P 11. τηλεβόλων καὶ τηλεβολίσκων παλαιστρῶν P 16. εἴα P 17. τηλέβολος P

lapides iaciebantur, multas domus egregias propter moenia sitas, inprimis palatia, atque helepolibus urbem perturbabant et cum strepitu ac tumultu moenia turresque petebant, et utrimque geminabantur caedes helebolibus, heleboliscis, ballistis, arcubus, aliis machinis, nec cessabat bellum vel noctu vel interdiu, sed erant perpetuae pugnae, conflictus, iaculationes. sperans enim ameras, quod pauci essemus iique admodum confecti, facile se urbem expugnaturum esse, nullam plane quietem nos capere passus est. magna autem illa et valida helepolis propter continuam iaculationem, praesertim quum metallo non ita puro esset, dirupta igne extinxit magistrum, et in multa frusta disiecta alios complures aut delevit aut vulneravit. qua re audita, ameras magnopere doluit, edixitque, ut illius loco aliam firmiorem facerent, nec quidquam egregii operis ad eum usque diem contra nos patratum est. eiusdem mensis die 15 reliqua eius classis e

Εὐξείνου πόντου καὶ Νικομηδείας καὶ Ἀσίας, ὧν ὁ ἀριθμὸς εἴκοσι καὶ τριακόσια, ἐξ ὧν ὑπῆρχον τριήρεις δέκα καὶ ὀκτώ, διήρεις τεσσαράκοντα καὶ ὀκτώ, τὸ δὲ λοιπὸν ἄχρι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τκ΄ ὑπῆρχον νῆες μακραὶ καὶ πλοῖα, τῶν γε τὸ φορτίον ἦν μαχίμων καὶ τοξότων ἀνδρῶν παμπόλλων τὸν ἀριθμόν· ὑπῆρχον γὰρ ἐν τούτοις καὶ δρόμωνες φορτίοι πέντε καὶ εἴκοσι, αἳ εἶχον πεφορτισμένα ξύλα τίτανον πέτρας καὶ ἑτέρας ὕλας ἐπιτηδείας πρὸς πολιορκίαν πόλεως. πλὴν ἐν τῷ λιμένι οὐ ῥᾳδίως εἶχον τὴν εἴσοδον δι' αἰτίαν ἣν εἴπομεν. ἐλθόντες ἐκ τῆς ἑῴων περαίας κάτωθεν ὀλίγον τι τοῦ διπλοῦ κίονος καὶ μέχρι τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἐγγὺς τὴν στάσιν μετὰ ἀγκύρων ἐποίησαν. τῇ δὲ δεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμήσας τὸν στόλον καὶ τοῦ τῆς χέρσου στρατοῦ, ἱππέων τε καὶ πεζικῶν, καὶ εὗρε τριήρεις καὶ διήρεις μονήρεις δρόμωνας νῆας καὶ πλοῖα, εἴκοσι καὶ τετρακόσια ἱστία· ὁ δὲ στρατὸς ὁ θέλων μάχεσθαι ἐκ τῆς χέρσου χιλιάδες ὑπῆρχον ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα καὶ διακόσιαι. οἱ δὲ πρὸς ἀντιπαράταξιν ἄνδρες ὄντες ἔνδον τῆς πόλεως τῆς τοσαύτης εἰς μέγεθος ἦσαν χιλιάδες τέσσαρες καὶ τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἐννακόσιοι, ἄνευ τῶν ξένων μόλις ὄντων χιλιάδων δύο. ἔγνων γὰρ ἐγὼ τοῦτο οὕτως ἔχειν ἀπὸ αἰτίας τοιαύτης. τοῦ γὰρ βασιλέως προστάξαντος τοῖς δημάρχοις καὶ στρατηγοῖς ἔγρα-

3. διήρεις — ὀκτὼ om P   ἄχρι τῶν ιη΄ ἱστίων ὑπ. P   7. ἃς εἶχον πεφορτισμένας P   10. ἐλθόντα P   12. ις$^{\eta}$ P

ponto Euxino, Nicomedia et Asia, navium trecentarum et viginti adest, e quibus erant triremes octodecim, biremes duodequinquaginta, reliquae naves longae et onerariae, quibus magnus numerus militum et sagittariorum vehebatur. numerabantur in his dromones onerarii quinque et viginti, lignis, calce, saxis aliisque rebus ad oppugnandam urbem idoneis onusti. verum non facilem habuerunt aditum portus propter causam, quam dixi. ex oriente advectae paulo infra duplicem columnam usque prope ad ecclesiam sancti Constantini in ancoris stationem habebant. die mensis decimo recensita classe et exercitu tum equestri tum pedestri, invenit triremes, biremes, uniremes, dromones, naves et naviculas viginti et quadringentas; militum autem terra dimicare gestientium ducenta duodesexaginta millia erant. ad horum impetus sustinendos qui erant in tantae magnitudinis urbe, numerabantur quater mille nongenti septuaginta tres, praeter extraneos, quorum vix duo millia erant. cognovi enim hoc ita esse hac ratione. iubente imperatore, singuli praetores et duces accurate renuntiarunt, ex ipsorum demarchia qui possent militiam tolerare tum laici tum monachi, et quae quisque arma ad vim propulsandam ha-

ψεν ἕκαστος αὐτῶν τὴν δημαρχίαν αὐτοῦ ἀκριβῶς, τοὺς δυναμένους σταθῆναι ἐν τῷ κάστρῳ κοσμικούς τε καὶ μοναχούς, καὶ τίνα ὅπλα ἕκαστος αὐτῶν κέκτητο πρὸς ἄμυναν· καὶ οὕτως ἕκαστος τῶν δημάρχων δέδωκε τὸν κατάλογον τῆς δημαρχίας αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ κελεύσας με εἶπεν "αὕτη ἡ διακονία πρὸς σὲ ἀφορᾷ, τὰ φυλακῆς δεόμενα καὶ ἀπόκρυφα. λῆψον οὖν τὰ τοῦ καταλόγου κατάστιχα, καὶ κάθισον ἐν τῷ οἴκῳ σου. ψήφισον ἄκριβῶς πόσοι καὶ τί τὰ ὅπλα καὶ ἀσπί- 54
δες καὶ τόξα καὶ ἐλεβολικά." ἐκτελέσας οὖν ἐγὼ τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως προσταχθέν μοι παρέστησα τῷ αὐθέντῃ μου καὶ βασιλεῖ τὸ καταστιχίδιον μετὰ λύπης καὶ σκυθρωπότητος πολλῆς· καὶ ἔμεινε μόνον ἐναπόκρυφος μεταξὺ αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ ἡ ποσότης. πλὴν ἦσαν καί τινες ὀλίγοι πάνυ ἔκ τε τῶν ἀρχόντων καὶ δήμου ἀνωφελέστατοι καὶ δειλοκάρδιοι, οἳ διὰ τὸν φόβον τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἑτέρων ἐναντίων πανοικὶ πρὸ καιροῦ ἐκ τῆς πόλεως ἔφυγον· ὡς δὲ τοῦτο ἐν τοῖς ὠσὶ τοῦ βασιλέως ἐρρέθη, στενάξας ἐκ καρδίας καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐποίησεν. ὑπῆρχε δέ τις ἐκ τῆς Λιγουρίας ἐν ταῖς δύο ναυσί, ὃς ἦν ναυάρχης καὶ κύριος, ἀνὴρ πάνυ δεξιὸς ἀνδρεῖος καὶ ἐπιτήδειος, τοὔνομα Ἰωάννης Ἰουστινιανός, ὃς γεννάδας εἶχε. θεωρῶν δὲ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ πάντα δεξιὸν δήμαρχον αὐτὸν καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τριακοσίους ἄνδρας προσέταξεν εἶναι, καὶ προβλέπειν καὶ διοικεῖν αὐτὸν εἰς ἑτε-

9. τηλεβολικά P 11. καταστιχάδιον P 12. ἀνὰ ἐμοῦ καὶ αὐτοῦ P 19. κύριος τῶν νηῶν P 20. ἀνδρεῖος φρόνιμος καὶ P ὁ γεννάδας. θέωρῶν P 22. ἐπιδεξιώτατον P 23. προβλεπτὴν καὶ διοικητὴν P

beret. mandans autem mihi imperator "id negotium" inquit "ad te pertinet; cautione enim et silentio opus est. accipe igitur catalogum censuum, domique diligenter computa, quot sint et quid armorum sive scuta sive arcus sive machinae." functus igitur labore ab imperatore mihi mandato, tabellas imperatori non sine dolore et moestitia tradidi, mansitque praeter nos duos reliquis occultus numerus. ceterum nonnulli, sed perpauci illi, de nobilitate et plebe homines nequam et imbelles timore belli calamitatumque cum totis familiis ante tempus ex urbe fugerunt: quod ubi ad aures pervenit imperatoris, nihil aliud quam ab imo pectore gemitum duxit. erat autem in Ligusticis illis duabus navibus ipsarum praefectus et dominus, vir nobilis, dexterrimus, strenuus, commodus, Iohannes Iustinianus nomine. quem quum imperator ad omnia esse idoneum animadvertisset, tribunum eum et ducem trecentorum militum instituit eidemque alia quae-

ρά τινα ἀναγκαῖα τοῦ πολέμου ἐξουσίαν ἔδωσε, θαρρήσας μεγάλως εἰς αὐτόν· ὃς ὄντως καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ ἔργα ἄξια μνήμης ἐποίησε.

Ὡς δὲ ὁ ἀμηρᾶς τὴν κεκλασμένην ἐλεβόλιν ταχέως πάλιν ὑγιῆ καὶ σώαν ἐποίησεν, ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς μετὰ βίας τοῖς τείχεσιν ἔτυπτον καὶ θόρυβον πολὺν ἐν ἡμῖν ἐποίουν μετὰ πάσης μηχανῆς πολεμικῆς, ἀκροβολισμοὺς καὶ συρράξεις καὶ συμπλοκὰς ἰσχυροτάτας· καὶ ἦν πολυειδὲς τὸ κακόν. οἱ δὲ ἡμέτεροι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰς μηχανὰς τὰς πολεμικὰς μανθάνοντες καὶ τὰς τῶν ἐναντίων θεωροῦντες, πᾶσαν δειλίαν καὶ φόβον ἐάσαντες καὶ μηχανὰς καὶ τέχνας καινὰς εὕρισκον, καὶ τοὺς ἐναντίους οὐκ ὀλίγον ἔβλαπτον. αἱ δὲ τέχναι μερικαὶ οὐκ ἐς μάκρος ἑστήκεισαν διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἡμᾶς τελείως ἄνεσιν καὶ τὰ τῆς μάχης καὶ τοῦ ἀποκλεισμοῦ ἐπιτήδεια. χαλάσαντες δὲ ἔν τισι τόποις τὰ τείχη μετὰ ἐλεβόλεων καὶ πυριβόλων μηχανημάτων, εἶτα θέλοντες πλῆσαι τοὺς τάφρους ἵνα ῥαδίως ποιήσωσιν τὴν εἴσοδον καὶ διὰ τῶν χαλασμάτων εἰσέλθωσιν, ἀκροβολισμοὺς ἐν πρώτοις ἐποίησαν καὶ συρράξεις, μέσον δὲ ἐκείνων ἕτερα χώματα ἐν τοῖς τάφροις ἔρριπτον καὶ κλάδους δένδρων καὶ ἑτέρας ὕλας, τινὲς δὲ ἐκ τῆς βίας καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν. καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα, ὅτι καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἔκ τε τοῦ πλήθους καὶ τῆς στενοχωρίας ἣν εἶχον ἔπιπτον· καὶ οἱ ἐρχόμενοι ὄπισθεν ἀνηλεῶς ῥίπτοντες τὰ

4. τηλέβολον P 6. ἔτυπτε P 15. τηλεβόλων καὶ πετροβόλων P 21. θέαμα τοιοῦτον ὅτι P 22. στεν. καὶ βίας ἣν P

dam belli munera administranda commisit, virtute eius magnopere nisus: qui revera in hac praefectura sua facinora memoria digna patravit.

Ameras postquam diffractam helepolim brevi tempore refecit instauravitque, dies ac noctes vehementer muros quatere et magnum nobis tumultum iniicere omni belli genere, iaculationibus, proeliis, dimicationibus acerrimis non cessavit, eratque multiplex mali facies. nostri quotidie machinas bellicas tractantes spectantesque eas, quas hostes habebant, timore et formidine soluti, machinas et artes novas excogitabant, et hostibus haud parum detrimenti afferebant. ceterum singulares illae artes non diu valuerunt, propterea quod nobis nulla omnino quies concedebatur nec suppetebant, quae ad pugnam et obsidionem tolerandam necessaria essent. moenibus igitur nonnullis locis per helepoles et pyrobolas concussis, hostes fossas impleturi, quo facilem ingressum haberent et per foramina murorum penetrarent, qui primi stabant, iaculationibus et pugnis nos vexabant, inter hos medios alii terram in fossas congerebant aut frondes arborum et aliam

ξύλα καὶ χώματα αὐτοὺς οἰκτρῶς ἐσκέπαζον καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ζῶντας παρέπεμπον. ἕτεροι δὲ καὶ μετὰ προαιρέσεως οἱ πλέον ἰσχυροὶ καὶ δυνάμενοι ἐκ τῆς ὁρμῆς καὶ σπουδῆς τοὺς ἀσθενεστέρους ἀντὶ κλάδων καὶ χώματος ἔρριπτον ἀπηνῶς. ἀλλὰ καὶ ταῦτα ποιοῦντες οὐκ ἐδύναντο φυγεῖν ἀβλαβεῖς ἔκ τε τῶν ἐλεβολικῶν καὶ τζαγκρατόρων, καὶ ἐκ τῶν τειχῶν βαρέων λίθων ἀποσφενδονούμενα οἱ ἐναντίοι αἰσχρῶς ἔπιπτον καὶ πολλὰ κατεπλήττοντο, καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων τινὲς ἀβλαβεῖς οὐκ ἐναπέμενον. σύροντες δὲ καὶ τὰς ἐλεβόλεις αὐτῶν ἕως γῆς τῶν τάφρων, καὶ ἡ μάχη καὶ ὁ πόλεμος καὶ ἡ συμπλοκὴ φρικαλέα ἐγένετο. καὶ εἰς αὐτὰ οὐκ ἀγενῆ ἦσαν καὶ τὰ ἡμέτερα· καὶ θαυμαστὸν ἦν, χωρὶς ἐμπειρίας πολέμου ὄντες τὴν νίκην εἶχον διὰ τὸ μεγαλοψύχως καὶ γενναίως ἐντυχόντες ἐποίουν τὸ ὑπὲρ δύναμιν. καὶ τοὺς τάφρους ἐνεγέμιζον δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, ἡμεῖς δὲ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς τὰς ὕλας καὶ B τὰ ξύλα εἱλκίζομεν ἔσωθεν· καὶ αἱ ὀρύξεις τῶν τάφρων ἐναπέμειναν ὡς καὶ ἦν τὸ πρότερον. τοὺς δὲ χαλάσαντας πύργους χοῦν μετὰ σπυρίδων βαστάζοντες καὶ ἀγγείων ξυλίνων οἴνου καὶ ἑτέροις ξύλοις αὖθις ἀνεκαινίζομεν. ὁ δὲ ἀμηρᾶς θεωρῶν ᾐσχύνετο διὰ τὸ τὴν βουλὴν αὐτοῦ ἄπρακτον

2. ἀπέπεμπον P 3. τῆς αὐτῶν σπουδῆς τοὺς P 6. τηλεβολίσκων P τειχῶν om P 7. ἀποσφενδονούμενοι P 9. ἔμεινον P τηλεβόλεις sec P, ἑλεπόλεις pr 13. μεγαλόψυχον καὶ γενναῖον P 14. ἐγέμιζον P 17. χαλασθέντας P 18. π. μετὰ σπυρίδων γέμοντος χώματος καὶ P 20. ᾐσχ. καὶ κατεφρονεῖτο διὰ P

materiam, nonnulli adeo ardore abrepti tentoria sua: eratque videre mirum spectaculum, quo eorum non pauci multitudine et loci angustiis compressi cadebant, et ab iis, qui sequebantur et crudeliter deiiciebant ligna et terram effossam, miserabiliter cooperti, vivi ad inferos mittebantur. nonnulli etiam viribus validi ac robusti ex impetu et festinatione infirmiores ultro pro ramis vel terra saeviter detrudebant. sed quum haec facerent, non poterant salvi devitare helepolium et telorum ictus, et a grandibus saxis, quae de muro vibrabantur, cadebant turpiter multumque vulnerabantur: quanquam etiam de nostris nonnulli non illaesi manserunt. traxerunt tamen helepoles ad oram fossae, et conflictum ac decertatum est horribiliter. at haud imbelles nostri se praebuerunt, ac mirum erat, ut bello inexercitati victoriam tamen reportarent, et magno animo et generose se obiicientes supra vires laborarent. itaque quum illi toto die fossas implerent, nostri tota nocte materiem, terram, ligna intro egerebant, unde fossae manserunt, quales ante fuerant. turres autem concussas humo in corbibus et vasis ligneis vinariis aggesta trabibusque instaurabant.

Καὶ ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης περὶ τούτου ἐφρόντισεν. εὑρεθέντος γὰρ τοῦ καρδηναλίου Ῥωσσίας εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐγὼ περὶ τούτου μεσιτεύσας πρὸς τὸν ἀοίδιμον καὶ μακαρίτην τὸν αὐθέντην μου τὸν βασιλέα, ἵνα γένηται ὅδε καρδηνάλις πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως· καὶ εἰ γένηται, τὰ καὶ τὰ γενήσονται παρ' αὐτοῦ καὶ τοῦ τότε πάπα εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως, εἰ κἂν ἐκ δευτέρου μνημονευθῇ ὁ πάπας· καὶ πολλῶν συζητήσεων λόγων καὶ βουλῆς γενομένων ἔδοξε τῷ ἀοιδίμῳ βασιλεῖ τῷ αὐθέντῃ μου τὸ ἓν τῶν δύο μὴ γένοιτο παντελῶς, ὅτι τῷ γενομένῳ πατριάρχῃ ἀνάγκη ἦν ἢ πείθεσθαι αὐτῷ τοὺς πάντας, ἢ ἔρις καὶ ἔχθρα γενήσεται ἀναμεταξὺ αὐτοῦ καὶ αὐτῶν τῶν μὴ πειθομένων αὐτῷ. καὶ ἐν ἐκείνῳ τοῦ καιροῦ διαμέσῳ εἰ καὶ συμβῇ ἡμῖν μάχη ἔξωθεν παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἔχειν ἡμᾶς καὶ ἔσωθεν, πόσον ἔσεται κακόν; τὸ δὲ μνημονεύεσθαι τὸν πάπαν γενηθήτω ἕνεκεν ἐλπίδος βοηθείας ἐν τῇ ἀνάγκῃ ἡμῶν· καὶ ὅσοι τοῦτο ποιήσωσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ, οἱ ἄλλοι ἔσονται ἀναίτιοι καὶ εἰρηνικοί.

Καὶ τῇ ιβ' τοῦ Δεκεμβρίου παρελθόντων ἓξ μηνῶν, καὶ τοσούτου λόγου γενομένου περὶ βοηθείας ὅσον ἐποιήσατο ὁ σουλτάνος τοῦ Κάερος ἤτοι τῆς Αἰγύπτου. ἀπὸ δὲ τῆς Σερ-

20. τῇ β' P 21. ἕνεκεν P

rum rebus allatum iri, non poterant tamen duci persuadere, ut imperatori succurreret.

Etiam ecclesiae Romanae haec res curae erat. quum enim in urbe adesset cardinalis Rossiae, et ego egissem cum venerando et beatae memoriae imperatore, domino meo, ut is cardinalis patriarcha Cpolis fieret, unde futurum esset, ut ab ipso et papa nonnihil fieret ad urbem adiuvandam, si rursus papae mentio fieret, multis sermonibus et consultationibus habitis, imperatori, domino meo, visum est, neutrum eorum, quae consecutura essent, fieri debere, quandoquidem necesse esset, ut aut patriarchae omnes obedirent, aut lites et inimicitiae inter ipsum et eos, qui non obedirent, orirentur. interea si nobis foris bellum inferretur ab hostibus, et conflictaremur etiam domi dissidiis, quanta mala futura essent? papae tamen memoria fieret propter spem auxilii in hac necessitate. quod qui facerent, in sanctae Sophiae templo facerent: reliqui ne accusarentur neu turbarentur.

Die 12 Decembris, quum sex menses praeterissent, et tot verba essent facta de auxilio, quot fecit sultanus Cairi sive Aegypti, et a Servia posset pecunia occulte multis modis, homines item alio modo

βίας δυνατὸν ἦν ἀποσταλθῆναι χρήματα κρυφίως πολυμερῶς, καὶ ἀνθρώπους ὁμοίως δι' ἄλλου τρόπου. ἀλλ' οὐκ ἀπέλαυσεν οὐδὲ εἶδεν οὐδεὶς ἕνα ὀβολόν. ναί, ἀληθῶς ἀπέστειλαν πολλὰ χρήματα καὶ ἀνθρώπους πρὸς τὸν ἀμηρᾶν πολιορκοῦντα τὴν πόλιν· καὶ ἐθριάμβευσαν αὐτοὺς οἱ Τοῦρκοι, δεικνύοντες ὅτι ἰδοὺ καὶ οἱ Σέρβοι καθ' ὑμῶν εἰσί. τίς τῶν Χριστιανῶν αὐθέντων ἢ Ἰβήρων ἀπέστειλεν ἕνα ὀβολὸν ἢ ἀνθρώπους εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως, ἢ φανερῶς ἢ κρυφίως; οἱ Οὔγγαροι δὲ ἔστειλαν πρέσβεις πρὸς τὸν ἀμηρᾶν λέγοντες ὅτι σωζομένου ἵνα ἔχητε καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως εἰρήνην καὶ ἀγάπην, ἐποιήσαμεν καὶ ἡμεῖς τὴν ἀγάπην μεθ' ὑμῶν· ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τηρεῖτε κατὰ τὰς ἀναμεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν συνθήκας, καὶ ἡμεῖς ἀθετήσωμεν πᾶσαν τὴν εἰρηνοποίησιν. καὶ ἔφθασαν οἱ πρέσβεις, ἡνίκα ἐπολιορκεῖτο ἡ πόλις, ἐν ᾗ ἑβδομάδι ἔμελλον τὴν ἐμβολὴν δῶσαι. ὁ δὲ ἀμηρᾶς καὶ πᾶσα ἡ βουλὴ αὐτοῦ ἐχρόνιζον αὐτοὺς λόγοις κολακείας προσδοκᾶν τὴν ἀπόκρισιν σήμερον ἢ αὔριον. καὶ τοῦτο ἐποίουν μετὰ δόλου, ἄχρι ἴδωσι τὰ μέλλοντα συμβῆναι, ὅτι εἰ μὲν παραλάβοιεν τὴν πόλιν, εἴπωσιν πρὸς αὐτοὺς "ἰδοὺ γὰρ ἐλάβομεν αὐτήν· ὑμεῖς δὲ ἀπέλθετε, καὶ ὡς ἂν δόξῃ ὑμῖν ποιήσατε, ἢ εἰρήνην ἔχειν μεθ' ἡμῶν ἢ μάχην·" ὃ δὴ καὶ ἐγένετο καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἐρρέθη. εἰ δὲ οὐκ ἐπαρελάμβανον αὐτήν, ἤθελον εἰπεῖν ὅτι ἕνεκεν τῆς ἀναμεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν εἰρήνης ὁ πόλεμος ἔπαυσε, καὶ κατὰ τὰς συμφωνίας ἀνεχωρήσαμεν.

summitti, nemo quidquam inde commodi percepit nec vidit vel teruncium. imo miserunt magnam pecuniae et militum copiam amerae urbem oppugnanti, atque laudibus eos efferebant Turcae, iactantes, etiam Servios nobis adversari. quis Christianorum principum aut Iberorum vel teruncium aut homines ad urbis auxilium sive aperte sive occulte misit? Hungari tamen legatos ad ameram miserunt, qui nuntiarent, se sic, ut illi cum imperatore pacem et amicitiam colerent, cum ipsis pacem fecisse: nunc quum illi non servarent mutua pacta, se quoque pacem factam omnino improbare. advenerunt legati, quum urbs obsideretur, qua hebdomade impressionem facturi erant. ameras et totum concilium eius blandis sermonibus eos differebant, ut in praesentem aut crastinum diem responsum exspectarent. callide ita agebant, donec viderent, quo res evasura esset, si urbem cepissent, dicturi, se eam expugnasse: illi abirent, et utrum ipsis videretur, facerent, sive pacem sive bellum mallent: id quod factum et legatis responsum est. si eam non capturi essent, dicere statuerant, ob pacem cum illis servandam se destitisse a bello et secundum conventa discessisse. rumor tamen erat, ameram cogitare ac dicere,

ὅμως ἐψιθυρίσθη ὅτι ὁ ἀμηρᾶς ἐλογίζετο λέγων "εἰ οὐ μὴ παραλάβω τὴν πόλιν τὰ νῦν, εὐθέως ποιήσω ἀγάπην, καὶ κατὰ πᾶσάν μου τὴν ζωὴν τηρήσω αὐτήν."

Ὁ δὲ μακαρίτης ὁ αὐθέντης μου καὶ βασιλεὺς τί οὐκ ἔπραξε, κρυφῶς ἢ φανερῶς, ὑπὲρ τῆς βοηθείας τῆς πόλεως καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας 73 τῆς ζωῆς αὐτοῦ; καὶ γὰρ δῆλόν ἐστιν ὅτι, εἰ ἤθελεν, εὐκόλως ἐδύνατο φυγεῖν. πλὴν οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἠγωνίζετο ὡς ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὃς τίθησι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων, ὡς καὶ ἐποίησε. καὶ τίς τῶν ἄλλων τὰ τοιαῦτα καὶ ἄλλα γενόμενα ἐπίστατο πάρεξ τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἰωάννου καὶ ἐμοῦ; ὅτε ὁ ἐξ Οὐγγάρων Ἴαγκος προεζήτει ἵνα δώσῃ αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὴν Σηλυμβρίαν ἢ τὴν Μεσημβρίαν, καὶ ἔσηται εἷς τῶν ὑπεξουσίων αὐτοῦ, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ ἐκεῖσε ἔχειν, καὶ ἐν καιρῷ τῆς μάχης ὑπὸ τῶν Τούρκων ἔσηται ἐκείνων ἐχθρὸς καὶ βοηθὸς τῆς πόλεως. καὶ ὡς ἐγένετο ἡ μάχη, ἐδόθη αὐτῷ ἡ Μεσημβρία κατὰ τὴν ἐκείνου αἴτησιν, καὶ τὸ χρυσόβουλλον δι' ἐμοῦ ἐγράφη, καὶ ὁ γαμβρὸς Θεοδοσίου τοῦ Κυπρίου ὁ τοῦ Μιχαὴλ υἱὸς ἐκόμισε τὸ χρυσόβουλλον πρὸς Ἴαγκον. τίς ἐπίστατο τὴν τοῦ τῶν Καταλάνων ῥηγὸς ζήτησιν; ὃς δωρηθῆναι αὐτῷ τὴν Λῆμνον ἐζήτει, καὶ ἔσηται κατὰ τῶν Τούρκων διὰ θαλάσσης ἀεὶ καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν ἀνάγκῃ βοήθεια· καὶ ἐπράττετο. τίς

6. ἢ post εἰπεῖν transtulerim

si urbe nunc non potiretur, statim se amicitiam nobiscum initurum et per totam vitam servaturum esse.

Beatae autem memoriae imperator, dominus meus, quid pro defensione urbis et imperii, imo, ut verius dicam, pro salute capitis, palam et occulte non est molitus? manifestum est enim, si voluisset, facile eum fugere potuisse. verum noluit, sed laborabat ad exemplum boni pastoris, qui animam deponit pro ovibus, ut deposuit sane. quis autem alius haec et reliqua facta praeter Iohannem Cantacuzenum et me noverat? optaverat ex Hungaris oriundus Iancus, dari sibi ab imperatore Selymbriam aut Mesembriam, pollicitus se unum e subiectis eius fore et multos de suis eo traducturum, atque bello cum Turcis conflato horum hostem, urbis vindicem futurum esse. itaque, commisso bello, data ei est Mesembria, ut petiverat, bulla aurea a me conscripta et per Theodosii Cyprii affinem, Michaelis filium, ad Iancum perlata. cui nota erat Catelanorum regis petitio? qui, si donaretur sibi Lemnus, adversus Turcas mari semper pugnaturum et urbi, cogente necessitate, opitulaturum se esse recipiebat: de qua re cum illo actum est. aut quis noverat, quantam pecuniam et quae promissa

ἐπίστατο ὅσα δὴ καὶ χρήματα καὶ ἐπαγγελίας δέδωκεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἔστειλεν εἰς τὴν Χίον διὰ τοῦ Γαλατᾶ, ἵνα στείλωσιν ἀνθρώπους, καὶ οὐκ ἔστειλαν; ἢ τίς νηστείας καὶ δεήσεις ἐποιεῖτο δι' ἑαυτοῦ καὶ διὰ τῶν ἱερέων, διδοὺς αὐτοῖς χρήματα ἢ τοῖς πτωχοῖς, οὓς μᾶλλον ἐθεράπευσεν; ἢ ἐπαγγελίας ἃς ἐποιήσατο πλείστας πρὸς θεὸν εἰς τὸ ἐλευθερωθῆναι τοὺς Χριστιανοὺς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν ἀσεβῶν. ἀλλ' ὅμως ταῦτα πάντα τὰ μὲν παρεῖδε θεός, διὰ τίνων ἁμαρτιῶν οὐκ οἶδα αἰτίαν, τὰ δὲ ἠγνόησαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἕκαστος ἔλεγεν ὡς αὐτῷ ἐδόκει. ἐγὼ δὲ κατὰ τὸ δοκοῦν μοι ταῦτά φημι· κρίσις γὰρ ἦν ὄντως θεοῦ, πάλαι κυρωθεῖσα πρὸς ἐσχατιὰς καταβῆναι δυστυχημάτων τὰ Ῥωμαίων πράγματα. διὰ τοῦτο λόγοις ἀπορρήτοις τῆς προνοίας τῶν μὲν λυπηρῶν καὶ ἐναντίων καὶ βλαπτόντων μεγάλη τις γίνεται συνδρομή, τῶν δὲ ἀγαθῶν καὶ ὠφελούντων πλεῖστα τὰ ἐμπόδια.

Πρὸ ὀλίγου λοιπὸν τὰ περὶ τοῦ τρισκαταράτου Μωάμεθ εἰρήκαμεν, μέρος τῶν φληνάφων αὐτοῦ μύθων τῶν γέλωτος ἀξίων· τὰ νῦν οὖν τὰς ἀντιρρήσεις αὐτῶν καὶ ἐλεγμοὺς εἴπωμεν.

3. Φέρετε εἰς κατηγορίαν ἡμῶν, ὦ ἀσεβεῖς, ὅτι ἐρωτηθεὶς ὁ Χριστὸς παρὰ τῶν Ἰουδαίων, εἰ υἱὸς θεοῦ εἶ σύ;

20. 3] περὶ τῶν κατὰ Μωάμεθ ἀντιῤῥήσεων, καθώς φησι Μελέτιος ὁ μοναχὸς καὶ πάντες οἱ τῆς ἀληθείας φοιτηταί· ὡς ἐκ τῆς πρὸς Σαμψατίνην Σφαχάνην (σάμψων ψατῆνις φάχνην M) αὐτοῦ ἀπολογίας. MP

dederit imperator miseritque in Chium per Galatam, ut milites sibi mitterent, nec misisse illos? aut ieiunia et preces, quas aut ipse faciebat, aut per sacerdotes fieri curabat, pecunia illis vel pauperibus, quos magis diligebat, distributa? aut vota, quae deo plurima fecit ad Christianos a servitio impiorum liberandos? verum haec omnia partim, nescio propter quae peccata, neglexit deus, partim homines ignorarunt, pro sua quisque libidine fabulantes. ego vero pro mea quidem sententia ita statuo: fuisse hoc revera iudicium dei, quo pridem decretum erat, ut res publica Romanorum ad extremas devolveretur miserias. arcanis autem providentiae consiliis ingratis quidem, adversis et noxiis magna auxilia parata sunt, sed bonis et commodis plurima impedimenta.

Paulo supra ter exsecrandi Mohametis nonnullas nugas et fabulas ridiculas commemoravimus: earum nunc dubitationes et refutationes promamus.

3. Affertis in accusationem nostri, impii, Christum a Iudaeis interrogatum, num filius dei esset, negasse et istos ita dicere respon-

ἠρνήσατο καὶ εἶπεν ὅτι ὑμεῖς λέγετε τοῦτο. καὶ φέρετε αὐτὸ εἰς μαρτυρίαν καθ' ἡμῶν, ἵνα δείξητε τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα ἀληθῆ. ταῦτα γοῦν ποιεῖτε ἀπὸ τοῦ μὴ γινώσκειν ὑμᾶς τὰς γραφάς· εἰ γὰρ εὑρίσκεσθε ἐξετάζοντες καὶ ἐρευνῶντες τὰς γραφὰς ὡς δεῖ, οὐκ ἂν ἐπλανήθητε. ὅμως ἀφίημι τοῦ λέγειν κατὰ τὸ παρὸν τὰς ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου μαρτυρίας, αἵτινες ἐλαλήθησαν περὶ τοῦ Χριστοῦ, δεικνύουσαι αὐτὸν υἱὸν θεοῦ καὶ θεὸν καὶ ἄνθρωπον, πολλὰς οὔσας· διὸ ἀπὸ τούτων φθάσαντες εἴπωμεν μερικάς τινας. ὅμως λέγω καὶ τοῦτο, ὅτι οὐ δι' ἄλλο τι ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν ἢ ὅτι ἐδείκνυεν ἑαυτὸν θεόν τε καὶ ἄνθρωπον καὶ θεοῦ υἱόν, καὶ πῇ μὲν ἔλεγεν ὅτι ὁ ἐμὲ θεωρῶν θεωρεῖ τὸν πατέρα μου, B πῇ δὲ ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν, πῇ δὲ ὅτι εἰ ἐμὲ ἐγνώκειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν, πῇ δὲ ὡσαύτως ὅτι ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἀλλαχοῦ ὅτι ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι. ἅπερ θεωροῦντες οἱ Ἰουδαῖοι ἔλεγον πρὸς αὐτόν, τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν; τί δὲ ὁ Χριστὸς εἶπεν; ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ κἂν ἀποθάνῃ ζήσεται· καὶ ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ· καὶ ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἑώρακεν εἰ μὴ ὁ υἱὸς καὶ ᾧ βούλεται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. ὁ γοῦν Χριστὸς

9. *μερικά τινα* P 19. *εἶπεν* om P

disse, testimonio hoc adversus nos usi, quo quae ipsi dicitis vera esse ostendatis. at hoc quidem ex inscitia sacrarum literarum facitis: quas si investigaretis et scrutaremini, ut decet, non errassetis forsan. sed omitto nunc quidem inde a rerum principio quae de Christo pronuntiata sunt permulta testimonia, quae eum filium dei et deum et hominem esse demonstrant: atque illis relictis, alias singulares quasdam commemorabimus. hoc tamen monebo, non aliam ob causam Iudaeos Christum cruci affixisse, quam quod deum se, hominem et dei filium esse praedicaret, et dicere eundem alibi, qui ipsum videat, eum patrem suum videre, alibi, se et patrem unum esse, alibi, si se nossemus, nosse nos patrem, alibi, si quis praecepta sua observarit, eum nunquam mortem visurum, alibi denique aegroto cuidam, peccata condonata ei esse. quae quum animadverterent Iudaei, rogarunt, qualem se faceret? annon deum se faceret, quum homo esset? quid tum Christus? "mihi qui fidem habet, vivet, etiamsi mortuus sit; sicut pater suscitat et in vitam revocat cadavera, ita filius quoque, quos ipsi placet; nemo filium novit, nisi pater, nec patrem quisquam vidit, nisi filius et si cui detegit filius." iam vero

ὁ λέγων ταῦτα καὶ διδάσκων τοὺς ἀνθρώπους ἐρωτηθεὶς ἔμελλε κρύψειν τὴν ἀλήθειαν; καὶ ποῖος ἄφρων καὶ εὐήθης ὑπολάβοι τοῦτο; εἰ γὰρ οὐκ ἦν θεὸς καὶ υἱὸς θεοῦ, οὐκ ἂν εἶπον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐρωτηθέντες παρ' αὐτοῦ, τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν ὅτι οἱ μὲν λέγουσιν εἶναί σε Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς "ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;" καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. ἔμελλε γὰρ εἰπεῖν ὁ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ ὅτι πεπλάνησαι, βλασφήμως εἴρηκας, κακῶς λελάληκας· οὐκ εἰμὶ υἱὸς θεοῦ. καὶ γὰρ ἐπεὶ διδάσκαλος αὐτῶν ἦν ὁ Χριστός, τί ἕτερον ἔμελλε διδάσκειν αὐτοὺς εἰ μὴ τὴν ἀλήθειαν; τί γοῦν εἶπεν ὁ Χριστὸς τῷ Σίμωνι Πέτρῳ; "μακάριος εἶ, Σίμων υἱὲ τοῦ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς." οὐκ ἀγνοῶν δὲ ἠρώτα ὁ Χριστὸς τὸν Πέτρον τὸ τίνα λέγουσιν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι εἶναι· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου πρὸ τοῦ θανάτου ἐκείνου ἔλεγεν "Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν ἀπέθανεν· ἀλλὰ πορεύομαι ἀναστήσων αὐτόν," πορευθεὶς δὲ ἠρώτα "ποῦ τεθείκατε αὐτόν;" εἶτα ἐξουσίᾳ ἐλάλησε "Λάζαρε, δεῦρο ἔξω," καὶ ὑπήκουσεν ὁ ἄπνους τῷ τοῦ κυρίου προστάγματι, δεικνύοντος τοῦ Χριστοῦ τήν τε αὐτοῦ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, οὕτω κατὰ τὸ πα-

19. *κεκοίμηται ἤτοι ἀπέθανε* P

qui talia diceret et homines doceret Christus, verumne celaturus erat? quis ita stultus et ineptus sit, istud ut credat? nam nisi deus et filius dei erat, discipuli eius ab ipso interrogati, qualem hominis filium esse homines dicerent, non responsuri erant, alios eum Eliam, alios Ieremiam aut de prophetis aliquem esse existimare, nec, quum Christus dixisset, quem ipsi se esse crederent, dicturus Petrus, eum Christum esse, filium dei vivi. certe quidem Christus Petrum moniturus erat ita fere "errasti, impie dixisti, male locutus es; non sum enim filius dei." deinde quum eorum magister esset Christus, quid aliud, nisi veritatem eos docebat? quid autem Simoni Petro Christus dixit? "beatus es, Simo, Ionae fili, quod non caro aut sanguis istud tibi aperuit, sed pater meus, qui in coelis est." haud inscius Christus Petrum interrogavit, qualem se homines esse dicerent, sed sicut de Lazaro ante mortem eius dixit "Lazarus, amicus noster, mortuus est; sed eum suscitatum proficiscor," deinde profectus interrogavit "ubi eum collocastis?" atque clara voce clamavit "Lazare, adesdum foras" et qui exanimis fuerat, auscultavit imperio domini, Christo declarante tum divinam tum humanam naturam suam, ita

ρὸν ἠρώτησε πρὸς τοὺς μαθητάς, ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν θεὸν καὶ ἄνθρωπον καὶ ἵνα ἐκ τούτου κατὰ μικρὸν ἀνάγωνται εἰς τὸ ὕψος τῆς ἀληθοῦς γνώσεως. ἀλλὰ δὴ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τί εἶπεν ὁ Θωμᾶς, εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τῶν δώδεκα μαθητῶν, ψηλαφήσας τὴν πλευρὰν τοῦ Χριστοῦ; πάντως καὶ αὐτὸς οὕτως εἴρηκεν "ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου." τί γοῦν φησὶ καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός; οὐκ εἶπεν αὐτῷ παῦσαι βλασφημῶν, ἀλλὰ τί; "ἑώρακάς με καὶ πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες." ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος τί εἶπεν ὁ Ναθαναὴλ νομοδιδάσκαλος τῶν Ἰουδαίων ὤν; ἠρώτησεν αὐτὸν ὅσον ἤθελε καὶ ἐβούλετο· ἀκούσας δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἃ εἶχεν ἀπόρρητα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, λέγει τῷ Ἰησοῦ "σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ." ἐπετίμησεν γοῦν αὐτῷ ὁ Χριστὸς ὡς κακῶς λαλήσαντι; οὐχί, ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ Χριστός; "ὅτι εἶπόν σοι τὰ ἀπόρρητα τῆς καρδίας σου πιστεύεις; μείζονα τούτων ὄψει." καὶ ὅτι μὲν ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Πιλάτου ὁ Χριστὸς εἴρηκεν ὅτι σὺ εἶπας, τοῦτο τοιοῦ- 74
τόν ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀρνήσεως λόγος, ἀλλὰ συγκαταθέσεως καὶ ὁμολογίας, καὶ ὥσπερ πρὸς τὸν Ἰούδαν εἶπε. συγκαθήμενος καὶ γὰρ ἐν μιᾷ ὁ Χριστὸς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ λέγει πρὸς αὐτοὺς "εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με." καὶ ἔλεγεν εἷς ἕκαστος περὶ ἑαυτοῦ "μήτι ἐγώ εἰμι;" καὶ ἄλλος "μήτι ἐγώ εἰμι;" εἶπε δὲ καὶ ὁ Ἰούδας "μήτι ἐγώ εἰμι;"

tunc quoque discipulos interrogavit, ut deum et hominem se esse ostenderet, eosque hinc paulatim ad verae cognitionis altitudinem eveheret. enimvero quid post resurrectionem Thomas dixit, qui et ipse unus e duodecim discipulis erat, attrectato latere Christi? utique is quoque ita dixit "domine mi et deus mi." aut quid deinde illi Christus? non iussit profecto eum abstinere blasphemiis, sed "vidisti me," inquit, "et credidisti; beati illi, qui non viderunt et crediderunt tamen." aut quid in principio institutionis Nathanael, homo legis Iudaicae peritus? interrogavit eum, quod vellet; quum autem audisset e Christo, quae sub corde secreta premebat, dixit ei "tu es dei filius, tu rex Israelis." ecquid vituperavit eum deus ut male dicentem? minime vero, sed "quia dixi tibi," ait, "secreta cordis tui, credis? maiora istis videbis." quod autem a Pilato rogatus Christus respondit, dixisse eum, ea non negantis, sed concedentis et consentientis oratio est, quali etiam in Iudam usus est. assidens enim discipulis Christus "unus vestrum," inquit, "me traditurus est." rogavit de se quisque "ecquid ego sum?" et alius "ecquid ego

λέγει ὁ Χριστὸς "σὺ εἶπας." τότε πάντως οὐκ ἦν λόγος ἀρνήσεως ἀλλὰ συγκαταθέσεως. οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Πιλάτου· λόγος γὰρ ἦν συνήθης τοῦ τόπου, καὶ ὡς τοῦ τόπου ἐκείνου λόγῳ ἐχρήσατο αὐτῷ ὁ Χριστός. καὶ ὥσπερ ἀρτίως πολλάκις καὶ ἐπὶ τῶν Μουσουλμάνων λέγει ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον μετὰ συμβουλῆς ὅτι ποιήσωμεν τόδε, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὸν ἕτερον ὅτι γενέσθω, ἀποκρίνεται ὅτι σὺ ἠξεύρεις, καὶ οὐκ ἔστι λόγος ἀρνήσεως ἀλλὰ συγκαταθέσεως, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. ὡς τοῦ τόπου ἐκείνου λόγῳ ἐχρήσατο τῇ τοιαύτῃ λέξει ὁ Χριστός, τῇ σὺ εἶπας. ὅμως ὁ αὐτὸς Πιλάτος ἠρώτησε τὸν Χριστὸν λέγων "σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;" ἀπεκρίθη ὁ Χριστὸς "ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμή, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν." εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος "οὐκ οὖν βασιλεὺς εἶ σύ;" ἀπεκρίθη ὁ Χριστὸς "σὺ λέγεις ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ· ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκούει μου τῆς φωνῆς." λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος "τί ἐστιν ἀλήθεια;" ὁρᾷς πῶς ἐνταῦθα ἐδείχθη σαφέστερον; πάντως ὁ Χριστὸς βασιλέα ἔδειξε καὶ εἶπεν ἑαυτόν. καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Πιλάτου πάλιν αὐτῷ τοῦτο ἀπεκρίθη· ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν "ναὶ βασιλεύς εἰμι" εἶπε "σὺ λέ-

9. λέγω P

sum?" et rogavit Iudas "ecquid ego sum?" tum Christus "dixisti" inquit: quo certe quidem loco non recusantis, sed affirmantis sermo fuit. similiter igitur in Pilato. nimirum erat id dicendi genus in illa regione usitatum, et usus est illo Christus ut eius regionis proprio. quemadmodum enim etiam in Musulmanis saepe fit, ut, quum quis cum cohortatione dicit, ut faciant quippiam, alter non "fiat istud" sed "reperisti" respondeat, ita in Christo quoque res habet. quippe dictione illius regionis propria utebatur, quum responderet "dixisti." rogavit idem Pilatus Christum "num rex Iudaeorum es?" respondit Christus "regnum meum non est huius mundi. si huius mundi regnum meum esset, operam dedissent socii mei, ne Iudaeis traderer. at nunc non est huius loci regnum meum." rogavit Pilatus "non es igitur rex?" respondit Christus "dicis, regem me esse. ad hoc ego natus sum et ad hoc in terram veni, ut veritatis testis essem. quisquis ex veritate est, audit vocem meam." dicit ei Pilatus "quid est veritas?" vides apertius hic rem ostendi: omnino regem se esse affirmavit et ostendit Christus. interrogatus a Pilato,

γεις ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ." τί γοῦν ὁ Πιλάτος εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ ὅτι ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ, λέγει πρὸς αὐτὸν "τί ἐστιν ἀλήθεια;" τουτέστιν ὅτι εἰ εἰς τὸν κόσμον ἀλήθεια ἦν, οὐκ ἂν παρεδίδου εἰς θάνατον· καὶ οἷον ἀποκλαιόμενον τὴν τῆς ἀληθείας στέρησιν εἶπε τί ἐστιν ἀλήθεια; ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐρωτηθεὶς ὁ Χριστὸς ὅτι ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, οὐδὲν ἕτερον ἀπεκρίνατο ἢ ὅτι ἐγώ εἰμι.

Οἶδας ὅπως εἰς ἃ οὐκ ἐπίστανται οἱ Μουσουλμάνοι, κατηγοροῦσι τοὺς ἀξίους ἐπαίνου; ἰδοὺ τοίνυν, εἴπερ ζητεῖς ἀλήθειαν, γνῶθι αὐτήν. εἰ δ' οὖν, σὺ οἶδας· οὐ γὰρ παρὰ τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἡ περὶ ταύτην ἄγνοια, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἀποστρεφομένων αὐτήν.

4. Ἐπειδὴ περὶ τῶν ἄλλων ὧν παρ' ὑμῶν τῶν Μουσουλμάνων ἐγκαλούμεθα οἱ Χριστιανοὶ ἱκανῶς ἀποδέδεικται, ὥστ' εἶναι ἡμᾶς ἀνωτέρους πάσης κατηγορίας, φέρε δὴ λοιπὸν σκεψώμεθα καὶ περὶ τῶν ἑτέρων. ἔστι δὲ τάδε ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Μωάμεθ "τὰ πάντα ἐποίησα διὰ σέ, καὶ σὲ δι' B
ἐμέ," καὶ τοῦτο οἱ Χριστιανοὶ οὐ παραδέχονται. ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα γεγραμμένον εὑρίσκετο ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰπόντος τοῦτο τοῦ Χριστοῦ τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι εὐαγ-

5. παρεδίδοτο P 9. εἰμὶ ἐγώ P 15. 4] ὅτι σφαλερῶς καὶ ἐπιβλαβῶς ἐδίδαξεν ὁ Μωάμεθ ἀπολογίας δ' (ἀπολογία. P) MP 18. ὑμετέρων P

rursus ei respondit non hoc modo "ita est, rex sum," sed "dicis, me regem esse." quid porro Pilatus, quum Christus dixisset, ad hoc se natum esse, et ad hoc venisse in mundum, ut veritatis testis esset, rogavit eum, "quid est veritas?" h. e. si in mundo veritas esset, non tradereris morti. etenim quasi lugeret veritatis absentiam, quid veritas esset, rogavit. at enim etiam a pontifice maximo rogatus Christus in hunc modum "obtestor te per deum vivum, ut dicas nobis, num filius dei sis," nihil aliud, nisi "sum" respondit.

Nostine iam, quomodo de iis, quae ignorant Musulmani, accusent homines laude dignos? ecce, si quaeris veritatem, cognosce eam. si minus, nosti certe, non veritatem causam esse, si quis eam ignoret, sed eos, qui eam fugiunt,

4. Quum de reliquis, ob quae a vobis Musulmanis vituperamur Christiani, satis demonstratum sit, esse nos omni accusatione superiores, age, examinemus alia quaedam. quippe deum Mohameti dixisse aiunt "cuncta propter te feci, et te propter me," quod Christiani non admittunt. at enim etiam Mohametis nomen scriptum

γελίζομαι ὑμῖν ἵνα γινώσκητε ὅτι μετ' ἐμὲ μέλλει ἐλθεῖν ὁ ἀπόστολος καὶ προφήτης Μωάμεθ. τὸ αὐτό ἐστι καὶ εἰς τὸ τοῦ Μωϋσέως παλαιόν. οἱ δὲ Χριστιανοὶ φθονήσαντες ἐξέβαλον αὐτὸ ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου. καὶ ὅτι μὴ μόνον εἰς τὸ εὐαγγέλιον καὶ ἐν τῷ παλαιῷ εὑρίσκετο γεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ εὑρίσκεται γεγραμμένον. καὶ ὅτι ἡ τῶν Μουσουλμάνων πίστις ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ εὑρίσκεται, καὶ ὅτι παραβάντες οἱ Χριστιανοὶ τὸν τοῦ Μωϋσέως νόμον εἰσὶν ἄξιοι κατηγορίας καὶ μέμψεως, κατηγοροῦσι δὲ τοὺς Μουσουλμάνους τοὺς ἀξίους ἐπαίνου καὶ τιμῆς.

Ταῦτά εἰσιν ἅτινα παρὰ τῶν Μουσουλμάνων κατηγορούμεθα οἱ Χριστιανοί. ἀπολογούμεθα δὲ οὕτως, ὅτι θεὸς ἐνδεὴς καὶ χρείαν τινὸς ἔχων οὐκ ἔστι θεός. ὁ ποιητὴς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ πάντων τῶν δημιουργηθέντων ἐν αὐτοῖς, ὁ ποιήσας τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους, χρείαν τινὸς οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ διὰ μόνην ἀγαθότητα καὶ θέλησιν ἐποίησε τὰ πάντα. ἐπεὶ γοῦν τοῦτο οὕτως ἔχει καὶ οὐδείς ἐστιν ὁ ἀντιλέγων, κακῶς ἄρα ἐφθέγξατο ὁ Μωάμεθ ὡς δῆθεν εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ θεὸς ὅτι τὰ πάντα ἐποίησα διὰ σέ, καὶ σὲ δι' ἐμέ· ὁ γὰρ θεὸς χρείαν τινὸς οὐκ ἔχει. ὅτι δὲ ἡ τῶν Μουσουλμάνων πίστις οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ὡς ὁ Μωάμεθ λέγει, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Μωάμεθ ἔχει τὸν ἔλεγχον· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀρχηγὸς καὶ νομοθέτης τῶν τοιούτων δογμάτων. εἰ δέ ἐστιν

2. *εἰς τὴν — παλαιάν* P

fuisse in evangelio, Christo Iudaeis dicente "evangelium vobis impertio, quo cognoscatis, post me venturum esse apostolum et prophetam Mohametem;" idem in Moysis vetustis libris fuisse; sed Christianos invidia commotos eiecisse id ex evangelio. nec vero in solo evangelio et vetustis libris fuisse Mohametis nomen, sed etiam in dextra parte throni dei scriptum esse. deinde Musulmanorum religionem repeti ab Abrahamo, et Christianos, qui legem Moysis negligant, ipsos accusatione et reprehensione dignos esse, quum Musulmanos laude et honore dignos criminentur.

Haec sunt, quae a Musulmanis nobis exprobrantur Christianis. quae ita refutamus, ut si ullius rei egens et indigus deus sit, eum non esse deum dicamus. fabricator coeli et terrae et rerum omnium, quae in iisdem factae sunt, et qui angelos et homines creavit, nullius rei indigens erat, sed ex sola benignitate et voluntate cuncta fecit. quodsi hoc ita est, nec quisquam contra dicit, male Mohametes affirmavit, deum sibi dixisse "cuncta propter te feci et te propter me." quippe nullius rei deus eget. Musulmanorum religionem autem non ab Abrahamo repetendam esse, ut Mohametes dicit, ex ipso Mo-

ἕτερος, δειχθήτω· καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἕως τοῦ Μωάμεθ παρῆλθον χρόνοι τρισχίλιοι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐφάνη ὁ Μωάμεθ· οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἡ τῶν Μουσουλμάνων πίστις ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ. εἰ δ' ἴσως λέγετε τοῦτο διὰ τὴν περιτομήν, ἐγώ σοι ἐρῶ τὸν λόγον τῆς περιτομῆς.

Ὁ Ἀβραὰμ θεασάμενος τὸν οὐρανόν, τὸν ἥλιον, τοὺς ἀστέρας, τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἀνελογίσατο καθ' ἑαυτὸν καὶ εἶπεν "ἆρα τὰ τοιαῦτα ἔργα μεγάλα οὕτως καὶ ἐξαίσια ὄντα ἁπλῶς οὕτως καὶ αὐτομάτως ἐγένοντο, ἢ ἔχουσι καί τινα τὸν ποιήσαντα αὐτά;" θεασάμενος τοίνυν τὴν καλλονὴν τῶν κτισμάτων ἐθαύμαζε καὶ ἐξεπλήττετο, κατὰ νοῦν τε ἐσκέπτετο μή πως οὐκ ἔχουσί τινα τὸν ποιήσαντα αὐτά, ἀλλὰ μᾶλλον ταῦτά εἰσι θεοί, καθὼς ἐνόμιζον καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ καὶ πάντες οἱ εἰδωλολάτραι. καὶ ὅτι μὲν ὁ θεὸς ἐποίησε τὰ πάντα καλὰ λίαν καὶ ἄξια τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας, ὡς ἂν διὰ τῆς θεωρίας τούτων ἀνάγωνται πάντες οἱ ἄνθρωποι εἰς θεογνωσίαν καὶ μεγαλύνωσι καὶ δοξάζωσι τὸν τούτων ποιητὴν καὶ δημιουργόν, τοῦτο οὕτως ἔχει καὶ οὐκ ἄλλως· οἱ δ' ἄνθρωποι παρατραπέντες τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθῆς γνώσεως, καὶ ἀφέντες προσκυνεῖν καὶ σέβεσθαι τὸν ποιητὴν τῶν πάντων θεόν, μᾶλλον προσεκύνησαν τὴν κτίσιν καὶ ἐσεβάσθησαν ταύτην παρὰ τὸν κτίσαντα. ἀλλὰ Ἀβραὰμ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀγχίνους ὤν, καὶ ἰδὼν καὶ κατανοήσας ὅτι ὁ μὲν οὐρανὸς

hamete demonstratur. is enim auctor et dux huius doctrinae est. num alter sit, ostendetur. ab Abrahamo enim ad Mohametem anni ter mille fuerunt: tum Mohametes exstitit. ergo Mohametis religio non est Abrahami. quodsi propter circumcisionem istud affirmatis, huius ego historiam explicabo.

Abrahamus, coelum, solem, stellas, terram, mare et quae insunt in iis, contemplatus, secum reputavit ac dixit "tanta haec et eximia opera spontene et ultro facta sunt, an quem habent fabricatorem?" contemplatus igitur rerum pulcritudinem, mirabatur et stupebat, et animo meditabatur, ecquid non haberent auctorem, sed ipsae dii essent, quemadmodum parentes eius et omnes idololatrae existimabant. atque deum fecisse omnia pulcra admodum et numine suo digna, quorum contemplatione omnes homines evehantur ad cognitionem dei, ac praedicent celebrentque eorum auctorem et fabricatorem, id certum est, nec aliter habet. sed homines, a vera et recta cognitione deflexi, intermisso dei, rerum omnium fabricatoris, cultu et adoratione, quae creata erant, potius adorabant, et venerabantur ea pro creatore. at Abrahamus non ita, sed quum homo intelligens esset atque animadvertisset, coelum non consistere, sed perpetuo moveri

οὐχ ἵσταται ἀλλὰ κίνησιν ἔχει διηνεκῆ, ἔχει δὲ καὶ χρείαν ἡλια-
75 κοῦ φωτὸς φωτίζοντος αὐτόν τε θεωρίας ἕνεκεν καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν ἀέρα, ὁ δὲ ἥλιος ποτὲ μὲν ὑπὲρ γῆν εὑρισκόμενος ποτὲ δ' αὖ ὑπὸ γῆν κρυπτόμενος, καὶ ὅτι μὴ οὐσῶν νεφελῶν φαίνει εὑρισκομένων δ' αὖθις σκοτίζεται, καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες μὴ ὄντος ἡλίου φαίνουσιν, ὄντος δὲ αὐτοῦ σκοτίζονται καὶ ἀφανίζεται τὸ ἐκείνων φῶς καὶ ἡ θεωρία, καὶ ἡ θάλασσα ἐμπαιζομένη ὑπὸ τῶν ἀνέμων, ἡ γῆ δὲ χρῄζουσα ὕδατος εἰς τὴν τῶν καρπῶν γένεσιν, κατέγνω τῶν πάντων ὡς αὐτῶν καθ' αὐτὰ ὄντων ἀδυνάτων καὶ χρείαν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα, καὶ οὐκ ἐλογίσθη εἶναι ἀπὸ τούτων θεὸν οὐδέν· ὁ θεὸς γάρ τινος χρείαν οὐκ ἔχει. πάλιν δὲ σκεψάμενος μήποτε ἓν ἕκαστον ἀπὸ τούτων ἀδυνάτως ἔχει ὥστε εἶναι μονομερῶς θεόν, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ, καὶ ἰδὼν ὅτι τῷ μὲν ξηρῷ ἀντίκειται τὸ ὑγρὸν τῷ δὲ ψυχρῷ τὸ θερμὸν καὶ ὡς τὸ ὕδωρ ἐστὶ φθοροποιὸν τοῦ πυρός, ἔκρινεν ἐν ἑαυτῷ καὶ εἶπεν ὅτι θεὸς στασιάζων πρὸς ἑαυτὸν καὶ μαχόμενος οὐκ ἔστι θεός. κἀντεῦθεν θεασάμενος τὴν τῆς κτίσεως εὐταξίαν καὶ κατάστασιν διαπορῶν ἦν καθ' ἑαυτὸν ὡς ἔστι τις δύναμις ἡ συνέχουσα καὶ κυβερνῶσα τὸ πᾶν. καὶ ἐπεὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι ὁμολογοῦσιν εἶναι θεόν, ἕκαστος δὲ ὁμολογεῖ ὄντινα βούλεται καὶ προαιρεῖται, ἔοικεν ὅτι πάντες πλανῶνται καὶ ψεύδονται. λείπεται γοῦν ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερος θεὸς ἀληθὴς ἢ ὁ ποιήσας τὰ πάντα, ἅπερ εἰσὶ δοῦλα ἐκείνου, καὶ ἄγει καὶ φέρει καὶ εὐτακτεῖ ὡς βού-

et lumine solis egere, quo ipsum illustretur et inferior aer, solem autem nunc supra terram esse, nunc infra terram occultari, atque coelo nubilis obtecto obscurari, non obtecto lucere, deinde lunam et stellas, quando sol non luceat, splendere, quando luceat, illarum lucem obscurari et extingui, porro mare ventorum flatu agitari, terram ad plantarum incrementum egere aqua, haec igitur quum animadvertisset, intellexit, omnia ista per se sola esse non posse, sed mutuo contineri auxilio, atque iudicavit, eorum nihil deum esse. deus enim nullius rei auxilio eget. rursus quum animadvertisset, nihil eorum per se solum deum esse posse, sed cuncta simul, intellexisset autem, arido oppositum esse humidum, frigido calidum, et aqua extingui ignem, statuit apud animum dixitque, qui secum dissideat pugnetque deus non esse deum. deinde rerum ordinem et rationem contemplatus, ita secum ratiocinabatur "est vis aliqua, qua universum continetur et gubernatur. iam quum omnes homines consentiant, deum esse, sed qualem quisque vult et probat, consentaneum est, omnes errare et mentiri. itaque hoc unum reliquum est, non esse alium verum deum, nisi qui cuncta fecit, quae idem, sibi

λεται. τοῦτον γοῦν τὸν θεὸν ἐγὼ προσκυνῶ. καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς Ἀβραὰμ προσεκύνησε τῷ μόνῳ καὶ ἀληθεῖ θεῷ. ὁ δὲ πανάγαθος θεός, ὁ διὰ τοῦ προφήτου Ἠσαΐου εἰπὼν ὅτι ἔτι λαλοῦντός σου ἐγὼ πάρειμι, αὐτὸς παρευθὺς ἐδέξατο τὴν τοῦ Ἀβραὰμ προσκύνησίν τε καὶ πίστιν. ἐλογίσθη τοίνυν αὐτῷ αὕτη ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην ἀντὶ πασῶν τῶν ἀρετῶν, καὶ φίλος θεοῦ ἐγένετο. ἡμεῖς γὰρ πάντες χρήζομεν τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν βοηθείας διὰ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν· ὁ δὲ δίκαιος Νῶε καὶ Ἀβραὰμ καὶ οἱ κατ' ἐκείνους καθαρὰν ἔχοντες τὴν καρδίαν οὐ δέονται γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν γράφονται καὶ ἐντυποῦνται. τότε γοῦν εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς καὶ τὰς ἐπαγγελίας, εἰπὼν ὅτι "ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη." τότε ἔδειξεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ "σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω αὐτήν." κἀντεῦθεν λαβὼν παρρησίαν ὁ Ἀβραὰμ παρεκάλεσε τὸν θεὸν περὶ τῶν Σοδόμων, καθὼς ἔμπροσθεν φθάσαντες εἴπομεν. ἐπεὶ δὲ κρίμασιν οἷς οἶδε θεὸς (τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου;) ὅτι μετ' ὀλίγον ἀποσταλῆναι μέλλουσιν οἱ τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονοι εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὡς ἂν ἐκεῖσε διαβιβάσωσι χρόνους τετρακοσίους καὶ τριάκοντα. καὶ γὰρ οὕτως εἴρηκεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ, ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα σου πάροικος ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ· τὸ δὲ ἔθνος ὃ ἐὰν δουλώσῃ αὐτούς, κρινῶ ἐγώ. ὃ καὶ γέγονεν ἐπὶ τοῦ Φαραώ. καὶ διὰ τὴν πολυχρό-

18. εἶπεν ὅτι P   21. ὅτι ἔσται — p. 341, 7 πιστευσάντων om P

subiecta, regit, gubernat et administrat, quemadmodum ipsi placet. hunc igitur deum equidem adoro." atque humi proiectus Abrahamus adoravit solum et verum deum. illico deus optimus, qui per Esaiam prophetam dicit, "adsum tibi adhuc oranti," Abrahami adorationem et fidem accepit. quae quidem fides illi ante omnes virtutes iustitiae apposita est, et ipse factus est amicus dei. nos enim omnes sacrarum literarum auxilio egemus propter infirmitatem nostram; iusti autem Noe et Abrahamus et si qui alii tum mentem puram servabant, non egebant literis, quae ipsorum animis inscriptae et insculptae erant. tum igitur deus etiam promissa illi fecit, ita locutus "in semine tuo benedicetur cunctis populis," monstrataque eidem tota terra "tibi," ait, "et semini tuo dabo eam." deinde Abrahamus, libertatem dicendi nactus, deum de Sodomis precatus est, quemadmodum supra explicuimus. quum autem pro consiliis suis intelligeret deus (quis enim mentem domini perspexit?), brevi in Aegyptum missum iri Abrahami posteros, ut ibi annos quadringentos et triginta viverent, ita Abrahamum allocutus est "posteri tui hospites erunt in terra aliena,

νιον διατριβὴν τῶν Ἑβραίων μετὰ τῶν Φαραωνιτῶν, μή ποτε ἑνωθέντες μάθωσι τὰ τούτων ἔθιμα καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν, ἐτάχθη ἡ περιτομὴ ὥς τι σημεῖον καὶ σύμβολον διαιροῦν καὶ διαχωρίζον τοὺς Ἑβραίους ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων εἰς τὸ μὴ B συνέρχεσθαι τούτους εἰς γάμου κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν, τὸ μὲν διὰ τὴν αἰτίαν ἣν φθάσαντες εἴπομεν, τὸ δὲ ἵνα καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν ὦσιν ἕτοιμοι καὶ γνώριμοι οἱ Ἑβραῖοι· καὶ γὰρ εἴπερ ἡνοῦντο μετὰ τῶν ἀλλοφύλων, πῶς ἔμελλε φυλάττεσθαι τὸ τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα καὶ γένος; διά τοι τοῦτο ἐν τῇ ἐρήμῳ εὑρισκόμενοι οὐ περιετέμνοντο τεσσαράκοντα χρόνους διαβιβάσαντες, ἀλλ' ἐν τῇ Αἰγύπτῳ καὶ μετὰ τὴν ἐκ τῆς ἐρήμου ἔξοδον πάλιν. καὶ ὁ μὲν τῆς περιτομῆς σκοπὸς ἔχει οὕτως καθὼς καὶ εἴπομεν. ὁ δ' αὖ ἕτερος ἔχει οὕτως, ὅπως περιτμηθέντες τῇ σαρκὶ ἔλθωσιν εἰς συστολὴν καὶ σωφρονισμὸν τῆς πολιτείας αὐτῶν, καὶ οὐκ ὦσι λάγνοι καὶ ἀκρατεῖς, καὶ ἐντεῦθεν λογίζωνται τὰς πορνείας αὐτῶν ἀντ' οὐδενός, ἀλλ' ἀνάγωνται κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ἑξῆς, εἰς ὑψηλοτέραν γνῶσιν καὶ πολιτείαν, ἐπεὶ οὐκ ἐδόθη ὀρθοδοξίας χάριν παρὰ θεοῦ ἡ περιτομή, ἀλλὰ μόνον δι' ἃς εἴπομεν αἰτίας.

Ὅτι δὲ ἐλθόντος τοῦ Χριστοῦ ἤργησεν ὁ νόμος καὶ οὐδὲ περιτομὴ ἔστιν, ἀφ' ὧν μέλλεις ἀκοῦσαι πρόσχες. τὸ μὲν

12. καὶ ὁ — καθὼς add Alterus. an ὁ μὲν εἷς? 16. προνοίας M: corr Alterus

gentem autem, cui servient, ego iudicabo." quod factum est sub Pharaone. ne autem propter longinqua cum Pharaonitis commercia Hebraei, cum iisdem conciliati, mores et superstitionem eorum addiscerent, circumcisio instituta est tanquam signum et symbolum quoddam Hebraeos ab Aegyptiis secernens, ne connubii societatem inirent, partim ob eam, quam exposuimus, causam, partim ut tum, quum liberandi forent, parati et insignes essent. nam si iuncti fuissent alienis, quomodo servari potuissent Abrahami semen et genus? atque hac de causa circumcisione per eos, quos in deserta regione oberrabant, annos quadraginta non utebantur, sed utebantur ea in Aegypto, et deinde rursus, quum e deserta regione exissent. circumcisionis alter finis igitur is est, quem diximus. alter autem ita habet: ut in carne circumcisi ad moderationem et temperantiam vitae se conformarent, neve lascivi et animi impotentis essent, sed libidinem nihili aestimarent ac paulatim deinceps ad meliorem cognitionem vitamque eveherentur, quandoquidem non orthodoxiae causa, sed tantum ob eas, quas dixi, causas, circumcisio instituta est.

Cur autem post adventum Christi lex neglecta fuerit nec in usu

βάπτισμα παρὰ θεοῦ δοθὲν ὀρθοδοξίας χάριν ἐδόθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντες ἄνδρες καὶ πᾶσαι γυναῖκες βαπτίζονται, ὁ δὲ μὴ βαπτισθεὶς οὐκ ἔστιν ὀρθόδοξος· ἡ δὲ περιτομὴ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἄνδρες περιτέμνονται, αἱ δὲ γυναῖκες οὐχί. ἔοικε γοῦν ἵνα οἱ μὲν ἄνδρες ὡς περιτετμημένοι ὦσιν ὀρθόδοξοι, αἱ δὲ γυναῖκες ὡς ἀπερίτμητοι ἀσεβεῖς. βλέπεις πῶς ἄλλος ἐστὶν ὁ τῆς περιτομῆς λόγος, καὶ ἄλλως ποιοῦσιν οἱ Μουσουλμάνοι; οἱ γὰρ αὐτοὶ πάντα ἀπερίτμητον ἀσεβῆ λογίζονται. καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἑαυτοῖς μάχεσθε, καὶ ἅπερ ὀρθοδοξίας χάριν τιμᾶτε, ταῦτα ἀπὸ μέρους ἀτιμάζετε.

Καὶ οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀναφαίνονται οἱ Μουσουλμάνοι ἐναντιοφωνοῦντες πρὸς ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις πολλοῖς, ἅπερ οὐκ ἔστι τις χρεία κατὰ τὸ παρὸν λέγειν περὶ ἐκείνων. ὅμως περὶ ἑνὸς εἴπωμεν. λέγει ὁ Χριστὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτι ἐὰν μή τις βαπτισθῇ, οὐκ ἔστι τοῦ θεοῦ οὐδὲ τῆς σωτηρίας· ὁ Μωάμεθ μαρτυρεῖ τὸ εὐαγγέλιον ἅγιον καὶ τέλειον καὶ εὐθές· οἱ Μουσουλμάνοι τοὺς περιτετμημένους λογίζονται ὀρθοδόξους, τοὺς δὲ βεβαπτισμένους ἀσεβεῖς. εἰ μὲν οὖν στέργετε τὸν Μωάμεθ ὅτι ἀληθῶς λέγει, πῶς ὀνομάζετε τοὺς βεβαπτισμένους ἀσεβεῖς, καὶ οὐκ ἀκολουθεῖτε τῇ τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίᾳ, καὶ λογίζεσθε τοὺς μὲν περιτετμημένους κακῶς ποιοῦντας τοὺς δὲ βεβαπτισμένους εὐσεβῶς, ἀλλὰ τἀναντία φρονεῖτε; οὐκ ἔστι πρόδηλον ὅτι αὐτοὶ ἑαυ-

sit circumcisio, id unde discas, audi. a deo datum baptisma orthodoxiae causa institutum est: quapropter omnes et viri et feminae baptizantur, nec orthodoxus est, qui non est baptizatus. diversa est ratio circumcisionis, cui in viris locus est, in feminis non est: unde quis colligat, viros utpote circumcisos orthodoxos esse, feminas, quippe quae non circumcidantur, impias? vides igitur, diversam esse circumcisionis rationem, et temere agere Musulmanos, qui omnes non circumcisos impios esse existimant. adeo vobiscum ipsis pugnatis, et quod ob orthodoxiam nunc colitis, id nunc negligitis.

Nec in hac una re Musulmani manifesto sibi repugnant, sed in multis praeterea aliis, de quibus nunc dicere nihil attinet. de una tamen exponamus. Christus in evangelio dicit, nisi qui baptizetur, neminem dei aut salutis esse. iam vero Mohametes evangelium sanctum, perfectum iustumque esse dicit, Musulmani autem circumcisos orthodoxos, baptizatos impios esse arbitrantur. quodsi Mohametem ut vera docentem veneramini, quomodo baptizatos impios appellatis, nec praecepta evangelii secuti eos, qui circumciduntur, impie, qui baptizantur, pie agere existimatis, sed his contraria sentitis? non-

τοῖς μάχεσθε καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἀνατρέπετε; ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως.

Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰσμαὴλ, ὃν λέγουσιν οἱ Μουσουλμάνοι ἔχειν προπάτορα, οὔτε μετὰ τῶν Ἑβραίων κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ὅτι ἐν ἐκείνῳ χρεία οὐκ ἦν ὥσπερ τοῖς Ἑβραίοις, οὔτε συγκατελογίζετο μετὰ τῶν κληρονόμων τοῦ Ἁβραάμ, διότι ὁ θεὸς οὕτως ἐνετείλατο τῷ Ἁβραὰμ εἰπὼν "ἔκβαλε τὴν παιδίσκην μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας." καὶ ἐξεβλήθη ὁ Ἰσμαὴλ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἄγαρ ἀπὸ τοῦ Ἁβραάμ. εἰ δ' ἴσως ποτὲ πρὸς τὸν Ἁβραὰμ θεωρίας χάριν ἦλθεν, ἀλλ'
76 *οὐχ ὡς υἱὸς καὶ σπέρμα καὶ κληρονόμος αὐτοῦ. τούτου γοῦν οὕτως ἔχοντος πόθεν ἔχουσιν οἱ Μουσουλμάνοι τὴν πίστιν οὐκ οἶδα. διὰ τοῦτο οὐκ ἀναφαίνεται ἀπό τινος πράγματος πρὸ τοῦ Μωάμεθ ἐκ τοῦ Ἁβραὰμ εἶναι τὴν τῶν Μουσουλμάνων πίστιν· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ ἀρχηγὸς τῶν τοιούτων δογμάτων, καὶ ὅτι ἀπὸ κοιλίας αὐτοῦ ἐδίδαξεν ὅσα ἐδίδαξεν, οὐκ ἀπὸ θεοῦ.*

Ὅτι δὲ λέγουσιν οἱ Μουσουλμάνοι ὡς γεγραμμένον εὑρίσκεται τὸ τοῦ Μαχούμετ ὄνομα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ περὶ ἐκείνου ὅτι εὐαγγελίζομαι ὑμῖν ὅτι μετ' ἐμὲ μέλλει ἐλθεῖν ἀπόστολος καὶ προφήτης, ὄνομα αὐτῷ Μωάμεθ, οἱ δὲ Χριστιανοὶ φθονήσαντες ἐξέβαλον αὐτὸ ἐκ τοῦ εὐαγγε-

ne in aperto est, vos vobiscum pugnare et vestro vos gladio conficere? sed haec quidem hactenus.

Deinde Ismael, quem Musulmani auctorem se habere dicunt, nec cum Hebraeis in Aegyptum venit, quoniam illi non, ut Hebraeis, opus erat, nec numeratus est in heredibus Abrahami, quandoquidem deus ita imperavit Abrahamo "eiice ancillam cum filio eius; neque enim ancillae filium cum filio ingenuae mulieris heredem esse decet." eiectus igitur est Ismael cum Agar matre ab Abrahamo; atque etiamsi Abrahamum videndi causa adierit, non adiit tamen eum ut filius et semen et heres eius. quae quum ita sint, undenam fidem suam Musulmani habeant, equidem nescio; nec ex ulla re ante Mohametem ab Abrahamo repetenda videtur Musulmanorum fides, sed ipse istius doctrinae auctor est, et quaecunque docuit, e suo ingenio, non a deo accepta, docuit.

Quod autem Musulmani dicunt, scriptum esse Mohametis nomen in evangelio, quum Christus de eo dixerit "edico vobis, venturum esse post me apostolum et prophetam, cui Mohametis nomen" sed expulsum esse ex evangelio invidia Christianorum, age, etiam de hac re videamus: ac spero equidem, verum non in occulto fore, modo

ίου, δεῦρο δὴ σκεψώμεθα καὶ περὶ τούτου. καί μοι δοκεῖ ῶς οὐ μὴ κρυβήσεται ἡ ἀλήθεια. ἄκουσον τοίνυν νουνεχῶς. τρεῖς εἰσὶν νομοθέται οἱ διδάξαντες νόμους καθολικούς, ὁ Μωϋσῆς, ᾧ ἠκολούθησε τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, ὁ Χριστός, ᾧ ἠκολούθησαν πάντα τὰ ἔθνη καὶ οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες τὸ πλεῖον μέρος τῶν Ἑβραίων, ἐπεὶ ἀπὸ τούτων οἱ μὴ πιστεύσαντες πολλῷ ἐλάττους εἰσὶν αὐτῶν δὴ τῶν πιστευσάντων καὶ σχεδὸν εὐαρίθμητοι, καὶ ὁ Μωάμεθ, ᾧ ἠκολούθησαν οἱ Μουσουλμάνοι. ἄνευ τούτων δὴ τῶν τριῶν ἕτερός τις διδάξας καὶ δοὺς νόμον οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ὁ μὲν Μωϋσῆς μεμαρτύρηται ἀπεσταλμένος εἶναι παρὰ θεοῦ. ἐξ ἀρχῆς ἔτι ὢν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα, καὶ ἐμάστιξε τὴν Αἴγυπτον, ἐπάξας ἐν αὐτῇ πληγὰς μεγάλας σφόδρα, καὶ ἔπληξε καὶ ἐθεράπευσε, καὶ προέλεγε τὰ γενησόμενα ὡς προφήτης, ὅτι εἰ μὲν ἀπολύσεις τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ, ἀπόλυσον, εἰ δ' οὖν, τὰ καὶ τὰ συμβήσονται σοί τε καὶ παντὶ τῷ λαῷ τῆς Αἰγύπτου. καὶ ὑπισχνούμενος Φαραὼ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα κυρίου ἐθεραπεύετο παρὰ τοῦ Μωϋσέως ὡς ἐξουσίαν λαβόντος ἀπὸ θεοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξέβαλεν ὁ Μωϋσῆς μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ τὸ γένος τῶν Ἑβραίων ἐκ γῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς δουλείας τοῦ Φαραώ, καταδιώξας δ' αὐτοὺς ὁ Φαραὼ ποντίσθη ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ παρὰ τοῦ Μωϋσέως. μετὰ δὲ ταῦτα περιεπάτει ἐν τῇ ἐρήμῳ χρόνους τεσσαράκοντα ποιῶν θαύματα ἄπειρα. ἀλλὰ

9. τις] ὁ P 16. οὐ P

ttente audias. tres legislatores sunt, qui leges generales constitueunt, Moyses, quem Hebraeorum natio secuta est, Christus, quem ecutae sunt omnes gentes et maior pars Hebraeorum, ad fidem eius onversa, siquidem qui fidem eius amplexi sunt Iudaei, iis, qui eam on amplexi sunt, longe plures sunt et, prope dicam, facili opera umerandi; atque Mohametes, quem Musulmani secuti sunt. praeer hos tres, qui legem constituerit ac docuerit, nemo est. iam Moyem quidem a deo missum esse, in confesso est. statim ab initio, uum esset adhuc in Aegypto, signa et miracula magna edidit, atque egyptum plagis ingentibus castigavit, perterruit et domuit, ac futura t propheta praedixit, ita locutus "si dimissurus es populum dei, diitte eum, sin minus, illa vel illa tibi et omni Aegypto eventura unt." atque pollicitus Pharao, facturum se iussum domini, benigne abitus est a Moyse, cui ita faciendi a deo data erat potestas. post aec Moyses gravi brachio gentem Hebraeorum ex Aegypto et servio Pharaonis eduxit, et persequentem eos Pharaonem cum toto exeritu eius in mari rubro summersit. deinde in regione deserta annos

καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν Ἑβραίων ἀνέβη ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὄρους Σινᾶ, εἰπόντων τοῦτο τῶν Ἰουδαίων πρὸς αὐτὸν ὅτι ἀνάβαινε εἰς τὸ ὄρος καὶ γνῶθι τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα· ἡμεῖς γὰρ φωνὴν θεοῦ ἀκοῦσαι οὐ δυνάμεθα, μήποτε τελευτήσωμεν. καὶ ὁ λαὸς ἵστατο μακρόθεν τοῦ ὄρους μετὰ φόβου καὶ τρόμου προσκυνοῦντες τῷ θεῷ τῷ λαλοῦντι τῷ Μωϋσῇ· ὁ δὲ Μωϋσῆς ἀκούων τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ ἔλεγε τούτους τοῖς Ἑβραίοις, καὶ παρευθὺς τὸ λαληθὲν ἐπληροῦτο. ἀλλ' οὐδέποτε ἐκίνησαν τοὺς τεσσαράκοντα χρόνους ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτῶν ἄνευ λόγου τοῦ θεοῦ. Μωϋσῆς γάρ, φησὶν ἡ γραφή, ἐλάλει, καὶ ὁ θεὸς ἀπεκρίνατο φωνῇ. μετὰ γοῦν τῶν πολλῶν μαρτυριῶν τε καὶ θαυμάτων ἐξέδωκε τὸν νόμον τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἐδέξαντο τοῦτον καὶ προσεκύνησαν, καὶ παρέλαβον τὸν παρὰ τοῦ Μωϋσέως δοθέντα νόμον ὡς τοῦ θεοῦ νόμον.

Ἦλθεν ὁ Χριστός, καὶ εἶχε τὰς παρὰ πάντων τῶν προφητῶν μαρτυρίας. καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς ἔλαβε τὴν μαρτυρίαν ὀγδοηκοντούτης· τοσούτων γὰρ ἐτῶν εὑρίσκετο ὁπότε προσετάγη παρὰ θεοῦ ἐξᾶραι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου· ὁ
B δὲ Χριστὸς εἶχε τὰς μαρτυρίας ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, πρὶν ἢ γεννηθῆναι αὐτόν· ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀβραὰμ ἤρξαντο ἀναφαίνεσθαι αἱ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίαι, καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. γεννηθεὶς δὲ πάλιν ἐμαρτυρήθη τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μαρτυρίαν μίαν καὶ δίς· ἐποίησε δὲ καὶ θαύματα οὐ κατὰ τὸν Μωϋσέα ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ,

quadraginta oberrans miracula innumera edidit. et vero coram cunctis Hebraeis in montem Sina ascendit, Iudaeis ita eum cohortatis "ascende in montem et disce dei voluntatem; nos enim vocem dei audire non sustinemus, ne moriamur." itaque populus procul a monte adstabat, cum metu ac tremore deum cum Moyse colloquentem adorantes. Moyses audita verba dei statim communicavit cum Hebraeis, mandataque illico fieri coepta sunt. nec per totos illos quadraginta annos castra moverunt iniussu domini. Moyses enim, ait scriptura, loquebatur, ac deus respondebat voce. multis igitur cum signis et miraculis legem Iudaeis dedit, quam illi acceperunt et adorarunt: veneratique sunt legem a Moyse datam ut legem dei.

Venit Christus habuitque omnium prophetarum testimonia. Moyses testimonium accepit anno aetatis octogesimo; tot enim annos natus erat, quum iussus est a deo, filios Israelis ex Aegypto educere; Christus autem testimonia habuit inde a mundo condito, ante quam natus esset. nam inde ab Abrahamo testimonia Christi fieri coepta sunt, quemadmodum supra docuimus. natus autem dei patris testi-

ἀλλὰ μεγάλα καὶ ὑπὲρ φύσιν, καὶ τοσούτῳ ἐκείνων μείζονα ὅσον διαφέρει δεσπότης δούλου. καὶ μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας μαρτυρίας καὶ τὰ ἄπειρα καὶ ὑπὲρ φύσιν θαύματα ἔκτοτε ἐξεδόθη ὁ τοῦ εὐαγγελίου νόμος, καὶ προσεκύνησαν καὶ ἠσπάσαντο αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, πᾶσα ἡ οἰκουμένη, καὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστὸν τὸν δόντα τὸ εὐαγγέλιον.

Ὁ δὲ Μωάμεθ οὑτοσὶ πόθεν λαβὼν τὰς μαρτυρίας ἐδίδαξε τὰ ῥήματα ἅπερ ἐδίδαξεν, ἤτοι δόγματα, καὶ ἐξέδωκε τὸν νόμον τοῖς Μουσουλμάνοις; πάντως οὐκ ἄλλοθεν ἢ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ αὐτοῦ· εἰς γὰρ πᾶσαν τὴν θείαν γραφὴν οὐκ ἀναφαίνεται περὶ αὐτοῦ μαρτυρία, ἀλλὰ τοὐναντίον. ὁ γὰρ Μωϋσῆς οὕτως εἴρηκε περὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν τῶν Ἑβραίων λαόν, ὅτι ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ὡς ἐμέ· πᾶσα ψυχή, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. κἂν γοῦν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν περὶ τούτου εἴπωμεν, ἀλλ' οὐκ ὀκνήσομεν πάλιν εἰπεῖν περὶ αὐτῶν· ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν τὸν προφήτην Μωϋσῆν ὅτι προφήτην ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ἔδειξεν ὅτι ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ὁ μέλλων ἐλθεῖν προφήτης καὶ ἐκείνου ἀκούσονται· ἄλλου δὲ ἐλθόντος οὐ παραδέξονται αὐτόν, ἀλλὰ καὶ μακράν που διώξουσιν αὐτὸν

9. τὸν νόμον om P 20. ἀκουσάτωσαν· ἀλλ' ἐλθόντος P

monium semel atque iterum expertus est; ediditque miracula non qualia in Aegypto et regione deserta Moyses edidit, sed magna et naturam excedentia, tantoque illis maiora, quanto servus a domino distat. ac post multa haec testimonia et infinita naturamque superantia miracula constituta est lex evangelii, quam adorarunt et amplexae sunt omnes gentes omnisque orbis terrarum, ac professi sunt, qui constituit legem, Christum.

Mohametes iste autem undenam testimonia nactus praecepta sive dogmata docuit, quae docuit, constituitque legem Musulmanis? omnino e nullo alio nisi e semet ipso de se testimonium habuit. in tota enim sacra scriptura nullum comparet de illo testimonium, imo alia, quae ei contraria sint. Moyses enim de Christo ad Hebraeorum populum ita locutus est "excitabit deus dominus e fratribus meis prophetam, sicut me; atque omnis anima, quae non audiet illum prophetam, pessumdabitur." de qua re etiamsi iam supra diximus, non recusabimus tamen de eadem iterum dicere. Moyses igitur, quum dicit "deus dominus e fratribus meis prophetam excitabit," declaravit, e Iudaeis fore, qui futurus esset, prophetam, eumque iis audiendum esse: alium autem ne reciperent, imo longe a se propellerent.

ἐξ αὐτῶν. λέγει ὁ Χριστὸς περὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ Ζαχαρίου, μαρτυρῶν αὐτὸν προφήτην καὶ μέγιστον προφήτην, ὅτι πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰωάννου ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ εὐαγγελίζεται. ὁρᾷς πῶς ὁ μὲν Μωϋσῆς παραγγέλλει τῷ γένει τῶν Ἑβραίων ὡς ἕνα μόνον τὸν ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἑβραίων ἐλθόντα προφήτην δέξωνται, ἄλλον δὲ οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ προφῆται ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων εἰσίν· ὁ δὲ Χριστὸς πάλιν καθαρώτερον εἴρηκεν ὅτι πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, καὶ πλέον οὐχί. διὰ τοῦτο ὁ μὴ ἔχων μαρτυρίαν παρὰ θεοῦ καὶ τῶν προφητῶν καὶ αὐτῆς τῆς θείας γραφῆς προφήτης οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ· ὁ Μωάμεθ ἄρα μὴ ἔχων τὴν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς μαρτυρίαν οὐκ ἔστιν ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ.

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο εἴρηκεν ὁ Χριστὸς τὸ πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου καὶ περαιτέρω οὐκ ἔσονται· ἀλλὰ καὶ ἔτι σημεῖον γνωρίσματος δέδωκε τοῖς πᾶσιν οὕτως εἰπὼν "προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵ τινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς." σκεψώμεθα τοίνυν τίς ἐστιν ὁ καρπὸς τοῦ παρὰ τοῦ Μωάμεθ δοθέντος νόμου· καὶ τούτου ἀκριβῶς ἐξετασθέντος φανερωθήσεται ἡ ἀλήθεια. ὁ Μωάμεθ λέγει "ἐγὼ οὐκ ἦλθον διὰ θαυμάτων δοῦναι τὸν νόμον, ἀλλὰ διὰ σπάθης καὶ ξίφους· καὶ οἱ μὴ ὑποκύψαντες τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ, ὅς ἐστι παρὰ θεοῦ, θανάτῳ ἀποθανέτωσαν,

Christus de Iohanne, Zachariae filio, dicit, prophetam eum, et summum prophetam esse testatus, "omnes prophetae ad Iohannem usque vaticinati sunt, sed inde a Iohanne regnum dei nuntiatur." vides, quare Moyses Hebraeorum genti edixerit, ut unum modo prophetam ex ipsorum natione oriundum reciperent, nullum alium, quum tamen omnes prophetae Iudaei essent. ac Christus rursus clarius prophetas omnes ad Iohannem usque fuisse, nec fore ullum post, dixit. iam vero, qui non a deo nec a prophetis nec omnino a sacra scriptura testimonium habet propheta, a deo non est: quare Mohametes, quum non habeat a sacra scriptura testimonium, non est a deo missus.

At vero Christus non solum hoc dixit, omnes prophetas ad Iohannem usque fuisse, nec fore ullum postea, sed etiam signum cunctis indicavit, his verbis "cavete vobis a pseudoprophetis, qui veste ovili induti vos adeunt, intus rapaces lupi sunt. e fructibus agnoscetis eos." examinemus iam, qualis sit fructus a Mohamete constitutae legis: qua re bene illustrata, verum apertum erit. Mohametes ita de se profitetur "equidem non veni, miraculis legem constitutum, sed ense et gladio: et qui non subiicient se legi nostrae, aut capite mul-

Ἀμάρῃ εἰς βοήθειαν τῆς χώρας, ὁ προμηθεὺς τοῦ τῶν Ἐνετῶν στόλου ἢ ναύαρχος καὶ ὁ Ῥαοὺλ Μιχαὴλ ὁ Ἴσης μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν στρατιωτῶν ἔτρεψεν αὐτὸν κατὰ κράτος καὶ πολλοὺς τῶν αὐτοῦ ἀπέκτεινον. καὶ διώξαντες μέχρι πολλοῦ οὐκ εἴασαν αὐτοὺς φεύγειν, ὡς ἔθος παρὰ τοῖς ἐμπείροις πολεμισταῖς ἐστὶ τοῖς ἀντιδίκοις ποιεῖν, καὶ αὐτοὶ οὐκ ἐπέστρεψαν εἰς τόπον αὐτῶν τὸν ἴδιον καὶ τὸν στόλον, καθὼς ἐσυμβούλευον αὐτοὺς οἱ τοῦ τόπου Ῥωμαῖοι ἄρχοντες καὶ πᾶς ὁ δῆμος· ἀλλ' ὁ ῥηθεὶς ναύαρχος ἤτοι ὁ τοῦ στόλου προμηθεὺς μὴ καταδεξάμενος τὴν τούτων βουλήν, ἀλλ' ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ καὶ σκληρὸς φανεὶς καὶ μᾶλλον κατὰ τῶνδε τῶν συμβουλευόντων αὐτῷ ἀπειλητικοὺς λόγους ἐξέχεε, λέγων ὅτι ἐξ ἀνανδρίας καὶ ἀπιστίας αὐτῶν οὐκ ἀκολουθοῦσι κἀκεῖνοι τῷ τῶν ἐχθρῶν διωγμῷ. καὶ οὕτως θέλων καὶ μὴ θέλων ὁ στρατὸς ἐδίωξεν τοὺς ἐναντίους ἄχρι Σαβελλίου καὶ ἐπέκεινα πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἤτοι ἀνάβασιν τοῦ Σιδηροκάστρου. ὁ γοῦν Ἀμάρης ἰδὼν τὸν τούτων διωγμὸν ἄκαιρον καὶ ἄπρακτον καὶ ἄτακτον, καταλείψας εἴς τινας τόπους ἀνθρώπους κρατοῦντας τοὺς τόπους ὅθεν ἤμελλον διελθεῖν, εἶτ' ἐπιστρέψας κατ' αὐτῶν ἔτρεψε καὶ ἐδίωξεν αὐτούς, καὶ φθάσας ἀνεῖλε τὸν εἰρημένον προμηθέα τοῦ στόλου ἐπὶ ἡμιόνου καθεζόμενον καὶ δυσεπέκεινα πεσόντα. καὶ ἄλλους ἀνεῖλον ἁλώσαντες πολλούς, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Ῥαοὺλ Μιχαὴλ ἁλώσαντες τοῦ ἵππου ἐκπε-

2. *Μιχαὴλ ὁ* om P   15. *μέχρι Σαραβαλίου* P

sus est, et eius urbis agrum vastavit. Amarem ad ferendum auxilium accurrentem praefectus classis Venetae et Michael Raulus Ises cum magna et probata manu strenue fugarunt, multis e militibus eius occisis; ac diu eos persequentes, fugiendi spatium iis non dederunt, ut periti milites adversariis facere solent, nec ad stationem suam et classem reversi sunt, quantumvis suadentibus Romanis urbis magistratibus cunctisque civibus; sed praefectus classis, spreto eorum consilio, et victoria elatus superbiaque intumescens, potius verba minacia in eos, qui talia suaderent, fundebat, propter ignaviam et perfidiam eos non una hostes persequi dictitans. itaque exercitus coactus usque Sabellium, et eo ulterius, ad ardua Siderocastri, hostes insecutus est. Amares autem importunam eorum, inutilem et confusam insecutionem intuitus, relictis praefectis in locis quibusdam, per quae transituri erant, conversus eos in fugam vertit et insectatus est, et eum, quem dixi, classis praefectum, mulo insidentem et prolapsum, comprehendit occiditque. multi praeterea alii capti et occisi sunt, in his ipse Michael Raulus, quem ex equo delapsum comprehende-

σόντα ἐκάθισαν αὐτὸν ἐπὶ σκόλοπος. καὶ τέλος ὡς νικηταὶ
δραμόντες εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἔνθα ἦσαν αἱ τριήρεις, καὶ πλεί-
στας εὑρόντες ἐπὶ τὴν γῆν εἱλκισμένας ἀνεῖλον καὶ ᾐχμαλώ-
τευσαν. καὶ ὑποπτεύσαντες τὸν μητροπολίτην τῆς αὐτῆς πα-
λαιᾶς Πάτρας εἶναι αὐτὸν αἴτιον τῆς ἐπιδρομῆς τοῦ τῶν
Ἑνετῶν στόλου κατ' αὐτῶν καὶ πιάσαντες αὐτὸν ἀνεσκολόπι- 95
σαν. τοιαῦτα οὖν παθόντες ἄπρακτοι καὶ ζημιωμένοι οἱ τοῦ
εἰρημένου στόλου ἐπανέστρεψαν. ἀφ' οὗ δὴ κακοῦ συμβε-
βηκότος ὁ ναύαρχος λυπηθεὶς καὶ βαρέως ἀσθενήσας ἐν Εὐ-
ρίπῳ ὢν ἀπέθανε· καὶ ἀντὶ αὐτοῦ ἐγεγόνει ναύαρχος ὁ Ἰά-
κωβος Λαυρεδανὸς ὁ ἐκείνου τοῦ Πέτρου Λαυρεδανοῦ υἱός,
ἐξάδελφος δὲ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ναυάρχου Ἀλωϋσίου Λαυρεδα-
νοῦ. καὶ ταῦτα μὲν δὴ παρηκολούθησαν τῷ τοῦ ἐνεστῶτος
χρόνου χειμῶνι, τὸ δὲ τῆς Πάτρας τῷ πρὸ τοῦ φθινοπώρου
Αὐγούστῳ συνέβη.

Τῇ δὲ κθ' τοῦ Μαρτίου μηνός, τοῦ ͵ϛϡοε' ἔτους, ἐν ᾗ καὶ τὸ ἡμέτερον πάσχα γέγονε, λέγω δὴ τὸ τῶν ἀνατολικῶν Χριστιανῶν, ἀπέψυξεν ὁ τῶν κακῶν πάντων τῆς Πελοποννήσου αἴτιος Ματθαῖος ὁ Ἀσάνης. καὶ ἰδοὺ καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ μελῴδημα ἔτι πεπλήρωται, τὸ "διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν." καὶ τούτου γενομένου ὡς ἠκούσαμεν παρά τινων ὅτι καὶ ὁ δεσπότης ἀπέπεμψε πρὸς τὸν ἀμηρᾶν τὴν

16 κγ' P   23. ἀπέστρεψε P

runt et palo infixerunt. postremo victores ad litus, ubi naves stabant, procurrerunt, quarum multas in litus subductas invenientes, milites partim iugularunt, partim captivos fecerunt; atque ipsius veteris Patrae metropolitam auctorem esse suspicati expeditionis a Venetorum classe adversus se factae, comprehensum palo transfixerunt. talia igitur passi, re infecta et data imprudentiae poena, illius classis milites reversi sunt. atque ea calamitate contristatus et gravi morbo correptus nauarchus in Euripo diem obiit. successit in locum eius Iacobus Lauredanus, Petri Lauredani filius, eius, qui ante eum nauarchus erat, Aloysii Lauredani consobrinus. et haec quidem anni huius hieme acciderunt; Patrensis autem clades ante autumnum mense Augusto contigit.

Die 29 mensis Martii anni 6975, quo die nostrum i. e. orientalium Christianorum pascha erat, animam efflavit omnium, quibus Peloponnesus afflicta est, malorum auctor Matthaeus Asanes; atque eventum etiamtum habuit carmen illud Davidis "dissipentur hostes eius, et fugiant a facie eius, qui oderunt eum." mox, ut e quibus

πρόσοδον, μὴ θέλων ἔτι ἔχειν τὸ βάρος ὃ εἶχεν εἰς τὸ στρατόπεδον, εἰπὼν οὕτως "ἐγώ εἰμι γέρων καὶ ἀσθενής, καὶ ὁ ἐκπληρῶν τὴν δουλοσύνην ἀπέθανε· λοιπὸν ἡ πολλὴ πρόσοδος δοθήτω ὅπου δ' ἂν κελεύσῃς, ἐμοὶ δὲ δοθήτω μόνον τὸ ἀρκοῦν πρὸς τὸ ζῆν με καθήμενον ἐνταῦθα μετά τινων ὀλίγων." ὁ οὖν ἀμηρᾶς ἀπεκρίνατο "καλῶς ἔχει· διαχωρισάτω ὁ δεσπότης οὓς βούλεται," καὶ χωρίσας δέδωκε πρὸς αὐτὸν ἄσπρα πεντήκοντα χιλιάδας, ἵνα ἔχῃ ἐκ τοῦ κομερκίου τοῦ ἀλεύρου· τοὺς δὲ πλείονας τῶν ὑποχειρίων αὐτοῦ περιορίσας ἀπῆρεν ἵνα εὑρίσκωνται ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει. ἄλλοι δὲ εἶπον ἄλλως γέγονεν, ὅτι ὁ τῶν κακῶν ἁπάντων ἐφευρετὴς Ματθαῖος ὁ Ἀσάνης μετὰ τῶν ἐχόντων τὴν τῆς Αἴνου ἁλικὴν κλέψας τινὰ χρήματα μὴ εἰδότος τοῦ δεσπότου, καὶ τοῦτο μαθὼν ὁ ἀμηρᾶς ἐβουλήθη πιάσαι τὸν εἰρημένον Ἀσάνην καὶ ἀνασκολοπίσαι αὐτόν, ὁ δὲ Ἀσάνης ἐκ τοῦ φόβου, ἔνθα ἦν, ἀπέψυξεν. ὁ δὲ ἀμηρᾶς ὑποπτεύων μή τοι καὶ ὁ δεσπότης ἐν τῇ τοιαύτῃ συμβουλῇ ἦν καὶ δραπετεύσῃ, ἐξώρισεν ἐν τῷ Διδυμοτείχῳ καὶ ἦρεν αὐτοῦ πᾶν σιτηρέσιον, καὶ οὕτω κακῶς διέκειτο. μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἐρχομένου τοῦ ἀμηρᾶ ἀπὸ τοῦ κυνηγίου καὶ μέλλοντος διελθεῖν ὅθεν ὁ εἰρημένος δεσπότης ἦν, ἐξῆλθεν ὁ δεσπότης πεζηπορῶν καὶ συναντήσας προσεκύνησε τὸν ἀμηρᾶν τὸν καὶ γαμβρὸν αὐτοῦ. ἰδὼν δὲ τοῦτον ὁ ἀμηρᾶς περιπατοῦντα ἐλυπήθη σφόδρα, καὶ μᾶλλον σπλαγχνισθεὶς τὸ γῆρας

6. ὡς P

dam cognovi, Demetrius despota, non iam militiae molestiam sustenturus, amerae reditus remisit his verbis "senex sum et infirmus, et occidit, qui tibi serviebat. itaque multa haec pecunia, quo loco volueris, pendetur: mihi detur, quantum ad victum sufficiat, cum paucis hic degenti." respondit ameras "bene res habet: segreget despota a se licet, quos illi placet:" deditque segregato asprorum quinquaginta milia, e vectigalibus frumentariis ei pendenda, plerisque ministris eius Cpoli degere iussis. alii rem aliter narrant: nempe omnium malorum auctorem Matthaeum Asanem cum quibusdam, qui salinas Aeni tenebant, pecunias quasdam furatum esse, inscio despota. id ubi comperisset ameras, voluisse eum Asanem illum comprehendere et palo transfigere: unde metu perculsum Asanem illico exspirasse. ameram autem suspicatum, despotam eius consilii participem et fuga salutem quaesiturum esse, eum, Didymotichum relegatum, omni stipendio spoliasse, et ita male multasse. quondam autem, quum ameras, a venatione rediens, transiturus esset, ubi despota viveret, hunc pedibus obviam processisse, et ameram, generum suum, adorasse; illum, quum ambulantem eum videret, vehementer tristatum, et magis etiam eiusdem

αὐτοῦ ἐκέλευσε δοθῆναι αὐτῷ ἵππον τινὰ ἐκ τῶν αὐθεντικῶν. καὶ ἀναβὰς ἦλθε σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Ἀνδριανουπόλει, καὶ εἰς σιτηρέσιον δέδωκεν αὐτῷ ἄσπρα χιλιάδας πεντήκοντα ἐκ τοῦ κομερκίου τοῦ ἀλεύρου. καὶ τοῦτο ἀληθέστερον.

Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου τῷ θέρει ἐγεγόνει τοσαύτη λοιμώδης νόσος ἔν τε τῇ Κωνσταντινουπόλει Ἀνδριανουπόλει καὶ Καλλιουπόλει καὶ ταῖς πέριξ αὐτῶν πόλεσι καὶ κώμαις, ἄστεσί τε καὶ χώραις, οἵα οὐ γέγονεν ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις ἐκ πολλοῦ καιροῦ, ὥστε τεθνήκασιν, ὥς φασι, μυριάδες πολλαὶ ἀνθρώπων, οὐ χιλιάδες. ἐν οἷς δὲ καὶ ἡ τοῦ δεσπότου θυγάτηρ ἡ ἀμήρισσα ἀπέθανε.

Τοῦ δὲ ͵ςϡος' ἔτους Νοεμβρίῳ μηνὶ ἀπῆλθον κἀγὼ εἰς τὴν ἁγίαν Μαύραν παρακινήσει τῆς βασιλίσσης κυρίας Ἑλένης καὶ πενθεροῦ τοῦ αὐθέντου τοῦ τόπου ἐκείνου κὺρ Λεονάρδου, ἵνα καὶ τὸν τόπον ἐκεῖσε ἀναθεωρήσω, καὶ ὡς δῆθεν ἀνεψιοῦ τοῦ μακαρίτου τοῦ αὐθέντου μου τοῦ βασιλέως κὺρ Κωνσταντίνου καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ παθόντος μου ζημίαν μεγίστην, ὡς ἐπροεδήλωσα ἐν τῷ λη' ἔτει, ἵνα ἀπολαύσω τινὸς εὐεργεσίας ἐτησίου ὡς γέρων καὶ ἀσθενὴς καὶ πτωχὸς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας. ἐπαναστρέψας δὲ τῇ κβ' τοῦ αὐτοῦ, ἐντελῆ πάντα ἰδὼν καὶ ἀπολαύσας, ἄνευ τοῦ ὑπερέχειν ἐν τῷ μαστραϊδιακῷ γένει τὴν πᾶσαν ἀρχὴν αὐτοῦ· δεῖ γὰρ τοῖς ἀρχομένοις ἐξομοιοῦσθαι τοῖς ἄρχουσι. καὶ τῷ Ἰα- B

9. πολλαὶ om P 10 ᾧ P 13. ξένης P 18. τοῖς τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτεσιν P 22. μαστραϊκῷ P 23. τοὺς ἄρχοντας P

senectutem commiseratum, de equis regiis unum ei praeberi iussisse: quo conscenso, despotam cum amera Adrianopolim abiisse, ibique in victum habuisse e vectigalibus frumentariis asprorum quinquaginta milia. atque haec quidem narratio verior est.

Aestate eiusdem anni Cpolim, Adrianopolim, Calliopolim et finitimas urbes et vicos, oppida et regiones pestilentia invasit, qualis longo temporis spatio non fuerat, ita ut multas hominum myriades, nedum chiliades, e medio abiisse dicant: in quorum numero amerissa, despotae filia, erat.

Anni 6976 mense Novembri sanctam Mauram concessi, Helena regina et Leonardi, principis eius loci, socero auctoribus, ut non solum locum eum reviserem, sed etiam, quum ille beati mei domini, Constantini imperatoris, consobrinus esset et gravissimam tulissem, ut supra narravi, calamitatem propter eius patrem, anno aetatis 38, pecunia aliqua annua mihi constitueretur utpote seni et infirmo et egeno e captivitate. reversus sum die 22 mensis eiusdem, omnia

νουαρίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους καὶ ὁ τῆς Ἀλβανιτίας αὐθέντης ὀνόματι Σκαντάρης τέθνηκε φυσικῷ θανάτῳ, καὶ τὸ μὲν τοῦ τόπου καὶ τῆς αὐθεντείας παρέλαβεν ἡ αὐθεντία τῆς Ἑνετίας, τὸ δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ υἱὸς Τοῦρκος ὢν παρὰ τῷ ἀμηρᾷ ἐστάλη παρ' ἐκεῖνον.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἡμίσεως ἔαρος τοῦ αὐτοῦ δηλονότι ͵ςϡος' ἔτους καὶ ὅλῳ τῷ θέρει διαβιβάσαντός μου κακῶς ἀπὸ τῆς συνήθους ἀσθενείας τοῦ ῥευματισμοῦ, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν κοσμικῶν μου φορεμάτων διαλυθέντων ἱερὰ ἐρασοφορήσαμεν τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός, καὶ ἀντὶ Γεώργιος Γρηγόριος μετωνομάσθην, ἀντὶ δὲ Ἑλένη ἡ ἐμὴ σύνευνος Εὐπραξία, δεδωκότες πρῶτον τὴν εἰς θεὸν τῆς πίστεως ἡμῶν ὁμολογίαν, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ὀρθοδόξοις μεταλαμβάνουσι τὸ μοναχικὸν σχῆμα. καὶ οὕτως ἠρξάμην πρῶτον μὲν τὸ ἅγιον σύμβολον καλῶς ἐκθέσθαι, καὶ ὅθεν τὸ ἱερώτατον παρὰ τῶν θείων πατέρων συνετέθη σύμβολον, ἵνα γνῶμεν ὡς οὐδ' αὐτοὶ ἐξ αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τῶν θείων χρησμῶν ἐρανισάμενοι τὰς ῥήσεις τε καὶ τὴν γνῶσιν εὐσεβοφρόνως αὐτὸ συνεγράψαντο. σχεδὸν οὖν πᾶσαι αὐτοῦ θείου συμβόλου ῥήσεις ἐκ τῶν ἁγίων εἰσὶ γραφῶν, ὡς κατὰ μέρος ῥηθήσεται.

Πιστεύω. εὐαγγέλιον "πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ

2. σκενδέρης P 6. ͵αυξγ^{ου} P 19. αὐτοῦ] αἱ τοῦ?

perfecta nactus, nisi quod in gente Mastraidiensi omne eius reliquum imperium continebatur; oportet enim qui regunt similes evadant iis, qui reguntur. mense Ianuario eiusdem anni Albanitarum princeps Scantares morbo obiit, cuius regionis et dominii partem res publica Venetorum, partem sororis ipsius filius Turca, qui apud ameram vivebat, missus ab eodem, occupavit.

A medio vere anni eiusdem i. e. 6976 per totam aestatem male conflictatus morbo meo, rheumatismo, quum saeculares vestes meae lacerae essent, vestimenta sacra indui primo die Augusti, pro Georgio Gregorius appellatus, itemque uxor mea, Eupraxia pro Helena dicta, professi ante, ut mos est orthodoxis monachicum habitum induentibus, fidei nostrae formulam. itaque infra sanctum symbolum accurate proposui, significans simul, unde a divinis patribus compositum fuerit, ut cognoscamus, eos symbolum non ex ingenio suo conscripsisse, sed e sacris literis verecunde collectis testimoniis et hausta rerum divinarum scientia. nimirum symboli divini verba tantum non omnia e sacris literis depromta sunt, ut singulis locis a me significabitur.

C r e d o. evangelium "credis in filium dei," et "creditis in deum, etiam in me credite." apostolus "crede in Iesum dominum."

θεοῦ" καὶ "πιστεύετε εἰς τὸν θεόν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε." ἀπόστολος "πίστευσον εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν."

εἰς ἕνα θεόν. εὐαγγέλιον "ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν." ἀδελφόθεος "πίστευε ὅτι ὁ θεός ἐστι." Παῦλος "καὶ ἡμῶν θεὸς ὁ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα."

πατέρα. εὐαγγέλιον "ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν," καὶ "πάτερ ἅγιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω," καὶ "πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύσομαι," καὶ "ἐρωτήσω τὸν πατέρα μου," καὶ "πάτερ μου, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου," καὶ "οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου." Πέτρος "εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ." Παῦλος "ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ."

παντοκράτορα. Ζαχαρίας "τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ," καὶ "ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ κυρίου παντοκράτορος," καὶ "λέγει κύριος παντοκράτωρ." Ἰεζεκιὴλ "ἀδωναῒ κύριε," ὅ ἐστι παντοκράτωρ. καὶ τὸ σαβαὼθ δὲ παντοκράτωρ ἑρμηνεύεται, ὃ πάσῃ τῇ τριάδι ἀνατίθησιν ὁ Ἡσαΐας λέγων "ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαώθ." εὐαγγελίου "πατὴρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς." Δαβὶδ "ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς." ἐπιστήθιος "ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος παντοκράτωρ."

21. *πάτερ* P

in unum deum. evangelium "ut cognoscant te unum verum deum." frater domini "crede deum esse." Paulus "ac deus noster pater, ex quo omnia et nos ex illo, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia."

patrem. evangelium "ascendo ad patrem meum et patrem vestrum," et "sancte pater, et mundus non agnovit te," et "ad patrem meum proficiscar" et "interrogabo patrem meum," et "mi pater, in manus tuas trado spiritum meum," et "non posse me nunc precari patrem meum." Petrus "benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi." Paulus "deus et pater domini nostri Iesu Christi."

omnipotentem. Zacharias "haec dicit dominus omnipotens" et "in domum domini omnipotentis" et "dicit dominus omnipotens." Iezechiel "adonai domine" i. e. omnipotens. item sabaoth omnipotentem significat, quod cognomentum omni trinitati Esaias tribuit his verbis "sanctus, sanctus, sanctus dominus sabaoth." evangelium "pater coeli et terrae." David "in manu eius termini terrae." qui in pectore domini quievit "qui est, erat et erit omnipotens."

ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. Μωϋσέως "ἐν ἀρχῇ
96 ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν." εὐαγγελίου "πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς."

ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Παῦλος "εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα, πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, ἐκ τοῦ πατρὸς δηλονότι διὰ τοῦ Χριστοῦ." ὁ "Δαβὶδ ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν."

καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ. Παύλου "καὶ ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός." εὐαγγελίου "ἵνα γινώσκωσί σε τὸν ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν." καὶ "σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος." καὶ "σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός." καὶ "κἀγὼ ἑώρακα καὶ πεπίστευκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ." καὶ "σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ." καὶ "ταῦτα γέγραπται ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ." καὶ "ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο." καὶ "οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκε." καὶ ὁ ἠγαπημένος "ἵνα γινώσκητε περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ."

τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. εὐαγγελίου "πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα

21. ἐπιστήθιος P 23. ἐπιστήθιος P

factorem coeli et terrae. Moyses "in principio deus fecit coelum et terram." evangelium "pater, domine coeli et terrae."

visibilium omnium et invisibilium. Paulus "sive visibilia sive invisibilia, omnia per eum et ad eum facta sunt, a patre scilicet per Christum." David "ipse dixit, et nata sunt; ipse iussit, et condita sunt."

et in unum dominum Iesum Christum, filium dei unigenitum. Paulus "nobis est unus deus pater, et unus dominus Iesus Christus." evangelium "ut cognoscant te verum deum et quem misisti Iesum Christum." et "tu es Christus, filius dei vivi." et "tu es filius meus dilectus." et "ego vidi et credidi, hunc esse Christum filium dei." et "credis in filium dei." et "scripta haec sunt, ut credant, hunc esse Christum filium dei." et "unigenitus filius, qui est in sinu patris, ille nobis exposuit." et "adeo deus mundum dilexit, ut dederit unigenitum filium suum." et dilectus "ut cognoscatis filium unigenitum."

et ex patre generatum ante omnia saecula. evangelium "qui generatorem amat, amat etiam generatum ex eo." et "glo-

ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ." καὶ "νῦν δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί," καὶ "ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος" καὶ "ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός," καὶ "ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς." ἀποστόλου "ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε." παροιμιῶν "πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με." εὐαγγελίου "ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω," καὶ "ἐξῆλθον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον."

φῶς ἐκ φωτός. εὐαγγελίου "ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ του φωτός," καὶ "ἦν τὸ φῶς ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον." Δαβὶδ "ἐν τῷ φωτί σου ὀψώμεθα φῶς." Παύλου "ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης."

θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. τοῦ ἠγαπημένου "οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος," καὶ "ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ." εὐαγγελίου "ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια." Παύλου "κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ."

γεννηθέντα. παροιμιῶν "πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με." εὐαγγελίου "ἐγὼ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα καὶ εἰς τοῦτο γεγέννημαι." τοῦ ἠγαπημένου "ὁ ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ."

4. Παύλος: P 6. παροιμίαι P 14. ἐπιστήθιος P 20. παροιμίαι P, qui ubique nominativos

rifica me ea gloria, quam habui apud te ante mundum conditum," et "principio erat verbum," et "qui erat in sinu patris," et "qui erat inde a principio." apostolus "extremis his diebus locutus est nobiscum in filio, per quem saecula condidit." proverbia "ante saecula condidit me, ante omnes colles gignit me." evangelium "e patre exii et adsum," et "exii e patre et veni in hunc mundum."

lumen de lumine. evangelium "ut testaretur de lumine," et "erat verum lumen, quod illustrat omnem hominem, qui in mundum venit." David "in lumine tuo videbimus lumen." Paulus "qui erat splendor repercussus gloriae."

deum verum de deo vero. dilectus "hic est deus verus et vita aeterna," et "sumus in vero deo, in filio eius Iesu Christo." evangelium "ego sum veritas." Paulus "per adventum gloriae magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi."

genitum. proverbia "ante omnes colles gignit me." evangelium "ego ad hoc veni et ad hoc genitus sum." dilectus "qui genitorem amat, amat etiam genitum ex eo."

οὐ ποιηθέντα. γεγέννηται γάρ, οὐ πεποίηται μετὰ τῶν κτισμάτων, ὅτι αὐτὸς πάντων ποιητής. Παύλου "δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε." τῆς σοφίας "ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου."

ὁμοούσιον τῷ πατρί. εὐαγγελίου "ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν," καὶ "οὐκ οἴδατε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί," καὶ "ὁ ἑωρακώς με ἑώρακε τὸν πατέρα." Παύλου "ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ," καὶ "ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών."

δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Παύλου "δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε," καὶ "πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτι-
B σται," καὶ "αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν." εὐαγγελίου "πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε." παροιμιῶν "πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με." τοῦτο δὲ τὴν ἐν τῷ πατρὶ μαρτυρεῖ τῆς ζώσης σοφίας αὐτοῦ πρὸ αἰῶνος καὶ ἀκίνητον ἵδρυσιν, ὡς καὶ τὸ "κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργον αὐτοῦ" τὴν ἐνανθρώπησιν προσημαίνει, δι' ἧς τὰ μεγάλα ἔργα τῆς σωτηρίας ἡμῶν κατειργάσατο ὕστερον. ὡς καὶ τὸ "ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν" τὰ ἑξῆς ἔργα δηλῶν, καὶ

22. τὰ ἐξ ἀρχῆς ἔργα Alterus

non factum. genitus enim est, non factus cum creaturis, quia ipse omnium creator est. Paulus "per quem etiam saecula condidit." liber sapientiae "qui cuncta fecit in nomine tuo."

consubstantialem patri. evangelium "ego et pater unum sumus," et "an nescitis, me in patre, et patrem in me esse," et "qui me vidit, patrem vidit." Paulus "qui est splendor repercussus gloriae et character personae eius," et "qui quum esset in forma dei, rapinam esse non existimavit, quod deo par esset, sed ipse sese spoliavit, forma servi induta."

per quem omnia facta sunt. Paulus "per quem saecula fecit," et "cuncta per eum et ad eum condita sunt," et "ipse ante omnia est, et omnia in ipso consistunt." evangelium "cuncta per ipsum facta sunt et sine ipso nihil factum est, quod factum est." proverbia "ante saecula condidit me." hoc autem vivae sapientiae eius in patre ante omne saeculum factam et immutatam constitutionem testatur, sicut illud "dominus condidit me initium viarum suarum ad opus suum" Christum humana specie indutum praesignificat, qua magna salvationis nostrae opera postea perfecit. simile

τὸ "πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας," καὶ τὸ "ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου." τὸ δὲ "κύριος ἔκτισέ με" φησὶ καὶ ἀντὶ τοῦ κτίζειν καὶ δημιουργεῖν τὰ ἔργα αὐτοῦ δι' ἐμοῦ τῆς σοφίας αὐτοῦ εὐδόκησε. καὶ ὁ Δαβὶδ τοῦτο μαρτυρεῖ· "τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν." καθαρωτέρως καὶ τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ ἐπιφάνειαν τὸ κύριος ἔκτισέ με διδάσκει, ὡς ἔφημεν.

τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους. Παύλου "τὰ γὰρ πάντα δι' ἡμᾶς." καὶ "εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν." καὶ "ἐπεὶ τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν."

καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Ἠσαΐου "οὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσας ἡμᾶς." Πέτρου "περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν προφῆται." εὐαγγελίου "οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον," καὶ "ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ," καὶ "ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστί," καὶ "οὗτός ἐστιν ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστός."

κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν. Παύλου "ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς." εὐαγγελίου "ὅτι καταβέβηκα

16. *Παῦλος* P

est illud "deus sapientia terram condidit" opera deinceps secuta significans, et "cuncta in sapientia fecisti," et "qui fecit omnia in mente tua." illud autem "dominus condidit me" significat, deum pro eo, ut conderet et faceret opera sua, per ipsum, sapientiam suam, maluisse. idem David testatur: "verbo domini coela stabilita sunt." purius etiam incarnationem illud "dominus condidit me" docet, ut diximus.

qui propter nos homines. Paulus "cuncta enim propter nos." et "si deus pro nobis, quis contra nos? qui suo ipsius filio non pepercit, et pro nobis omnibus tradidit eum." et "quoniam infantes carnis et sanguinis participes sunt, ipse quoque similiter eorundem particeps factus est."

et propter nostram salutem. Esaias "non angelus, non legatus, sed ipse dominus salvasti nos." Petrus "de qua salvatione anquisiverunt prophetae." evangelium "non veni, ut iudicem mundum, sed ut salvem mundum," et "ut salvaretur mundus per eum," et "quoniam salvatio e Iudaeis est," et "hic est salvator mundi Christus."

descendit de coelis. Paulus "ipse est, qui descendit et qui ascendit." evangelium "quod descendi de coelo." Paulus

ἐκ τοῦ οὐρανοῦ." Παύλου "ὁ γὰρ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας."

καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. Ἡσαΐου "ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν." εὐαγγελίου "καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱόν· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι." καὶ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ "τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον." Παύλου "ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γεννώμενον ἐκ γυναικός," καὶ "ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν."

καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Παύλου "ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος." καὶ "εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός." εὐαγγελίου "ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί, μὴ θαυμάζετε τοῦτο." καὶ "ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ."

σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Παύλου "παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα καὶ κυρίου Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος

2. ὁμ. ἀνθρώπου ἄνευ ἁμαρτίας P

"deus enim, qui filium in forma simili carni peccato obnoxiae misit."

et incarnatus est de spiritu sancto et Maria virgine. Esaias "ecce virgo habebit in utero, et filium pariet." evangelium "quomodo istud fiet, quandoquidem virum non novi? ne time, Maria; ecce, concipies in utero, et filium paries; spiritus sanctus superveniet super te, et virtus altissimi inumbrabit te." et ad Iosephum "quod enim in ea genitum est, de spiritu sancto est. non cognovit eam, donec peperisset filium suum primogenitum." Paulus "misit deus filium suum e femina natum," et "verbum caro factum est et commoratum est inter nos."

et homo factus est. Paulus "qui quum esset in forma dei, non existimavit rapinam esse, quod deo par esset, sed spoliavit se, forma servi induta et similis hominibus factus." et "unus deus et pater omnium, unus etiam mediator dei et hominum, homo Iesus Christus." evangelium "quod filius hominis est, ne miramini." et "quum venerit filius hominis in throno gloriae suae."

crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato. Paulus "mando tibi coram deo, qui omnia vivificat, et domino Iesu Christo,

ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν.” εὐαγγελίου “Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον.” Παύλου “καὶ ὅτι ἐσταυρώθη καὶ ὅτι ἐτάφη καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς.”

καὶ παθόντα καὶ ταφέντα. Μωϋσέως “καὶ ἔσται 97
ἡ ζωή σου κρεμαμένη ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου.” Ἡσαΐου “ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη,” καὶ “τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας.” Δαβὶδ “ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος.” Ζαχαρίου “τί αἱ πληγαὶ αὗται ἀναμέσον τῶν χειρῶν σου; καὶ ἐρεῖ ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἀγαπητῷ μου.” εὐαγγελίου “ὅτι ἔδει οὕτως παθεῖν τὸν Χριστὸν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ.” εὐαγγελίου “καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ ἐτύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνημείῳ καινῷ ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας.” καὶ “ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. ἦν δὲ ἐν τῷ τύπῳ ὅπου ἐσταυρώθη κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη.”

καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. εὐαγγελίου “ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς πρωῒ τῇ πρώτῃ σαββάτων.” καὶ “τρίτην ἡμέραν ἄγει σήμερον ἀφ’ οὗ ταῦτα ἐγένετο.” καὶ “ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς ἐκ νεκρῶν ἔστη ἐν

5. *καὶ ὄψεσθε τὴν ζωὴν ἡμῶν κρεμαμένην ἀπ. τ. ὀφθ. ὑμῶν* P

qui testatus est coram Pontio Pilato praeclaram illam confessionem.” evangelium “Iesum quaeritis Nazarenum, qui crucifixus est.” Paulus “cruxifixus est et sepultus et suscitatus die tertio secundum scripturas.”

passus et sepultus est. Moyses “eritque vita tua suspensa coram oculis tuis.” Esaias “tanquam agnus ad mactationem ductus est,” et “tergum meum castigandum praebui.” David “ut castiger paratus.” Zacharias “quid sibi volunt vulnera haec in manibus tuis? et respondebit, vulneratus iis sum in domicilio meo dilecto.” evangelium “oportuit ita pati Christum et introire in gloriam suam.” evangelium “et Iosephus, quum accepisset corpus, involvit id sindone pura et collocavit in monumento novo, quod in saxo excisum erat.” et “acceperunt igitur corpus Iesu et obvinxerunt id linteis cum aromatis, sicut mos est Iudaeis funerare. erat autem hortus in eo loco, ubi cruxifixus fuerat, et in horto monumentum novum, in quo nemo dum positus erat.”

et resurrexit tertio die secundum scripturas. evangelium “resurrexit Iesus Christus mane primo die hebdomadis.” et “dies tertius hodie est, ex quo haec facta sunt.” et “Iesus, quum

μέσῳ τῶν μαθητῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν." καὶ "μνήσθητι, κύριε, ὡς ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, λέγων ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν καὶ σταυρωθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι."

καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός. εὐαγγελίου "ὁ μὲν οὖν κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ." καὶ "ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτούς, διέστη ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν."

καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πράξεων "ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, οὗτος ἐλεύσεται πάλιν, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανόν." εὐαγγελίου "καὶ τότε ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον μετὰ δόξης ἐπὶ τῶν νεφελῶν· καὶ τότε καθίσει ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη." πράξεων "οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ πάλιν παρήγγειλεν ἡμῖν κηρῦξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ

1. μνήσθητε ὅτι P   17. ἐρχόμενον — ἀνθρώπου add Alterus

resurrexisset e mortuis, inter medios discipulos suos adfuit, dixitque iis, pax esto vobiscum." et "memento, domine, dixisse eum nobis in Galilaea, filium hominis oportere tradi in manus hominum peccantium et crucifigi et die tertio resurgere."

et ascendit ad coelos et sedet ad dextram patris. evangelium "dominus igitur, postquam locutus est cum iis, susceptus est in coelos et consedit ad dextram dei." et "accidit, ut, dum benediceret iis, disiunctus ab iis, sursum ferretur in coelum."

et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos. acta "viri Galilaei, quid statis intuentes in coelum? Iesus hic, qui disiunctus a vobis et sursum receptus est in coelum, iterum veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in coelum." evangelium "tum videbitis filium hominis venientem cum gloria in nubibus; et tum sedebit filius hominis in throno gloriae suae, et cogentur coram eo omnes gentes." acta "qui edimus et bibimus cum eo e mortuis suscitato, rursumque nobis mandavit, ut nuntiaremus populo et testaremur, sese esse a deo constitutum iudicem viventium et mortuorum." Daniel "videbam eo usque, ubi throni constituti

νεκρῶν." Δανιὴλ "ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν καὶ ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθισε," καὶ "ἰδοὺ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ νεφελῶν ἐρχόμενος," καὶ "ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἐξουσία."

οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Δανιὴλ "καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ λαῷ ἑτέρῳ οὐχ ὑποληφθήσεται." εὐαγγελίου "καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος."

Τὸ ἐφεξῆς ἐντεῦθεν τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἡ δευτέρα ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἀπήρτισεν.

καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εὐαγγελίου "βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος." "ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου." Δαβὶδ "τὸ B πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ."

τὸ κύριον. Παύλου "ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. ὅπου δὲ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία." καὶ "ἵνα τί ἐψεύσω τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις ἀλλὰ θεῷ."

τὸ ζωοποιοῦν. εὐαγγελίου "τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν." Δαβὶδ "ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου παὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς." Μωϋσέως "καὶ ἐνέπνευσεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐ-

18. καὶ] Πράξεις P

erant et antiquus dierum consedit," et "ecce filium hominis venientem," et "usque dum antiquus dierum veniret et honor ei ac potestas daretur."

cuius regni non erit finis. Daniel "et regnum eius aeternum erit, nec alienae genti subiicietur." evangelium "et regnabit in domo Iacobi per omnia saecula, nec erit finis regni eius."

Quae hinc sequitur sancti symboli pars, secunda sancta et oecumenica synodo addita est.

et in spiritum sanctum. evangelium "baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti." "quum venerit paracletus, spiritus sanctus, quem pater meus in nomine meo mittet." David "spiritum tuum sanctum ne mihi rursus eripias."

dominum. Paulus "dominus spiritus est. ubi autem spiritus domini, ibi libertas." et "quid mentitus es spiritui sancto? neque enim hominibus, sed deo mentitus es."

et vivificantem. evangelium "spiritus illud est, quod vivificat, caro nihil iuvat." David "emittes spiritum tuum et condentur, et innovabis feciem terrae." Moyses "et spiravit in os eius

τοῦ πνοὴν ζωῆς." Ἐζεκιὴλ "υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ τὸ πνεῦμα, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὰ καὶ ἔζησαν."

τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. εὐαγγελίου "ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται." "καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος εἶδε σχιζομένους τοὺς ουρανοὺς καὶ τὸ πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν." Παύλου "καὶ ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν ἀλλὰ τὸ ἐκ θεοῦ." καὶ Δαβὶδ "τῷ λόγῳ κυρίου οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν." Πέτρου ἐκ τῶν πράξεων "τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου ὁ υἱὸς λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε." Παύλου πρὸς Τίτον "ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν."

τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. εὐαγγελίου "βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος," καὶ "οὐδεὶς γινώσκει τὰ τοῦ οὐρανοῦ εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ," καὶ "τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ." καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ καὶ Ἐζεκιὴλ οἱ

2. ἐπὶ τὰ ὀστᾶ ταῦτα, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὰ πνεῦμα, καὶ ἔζησαν P 11. Πράξεις P 12. τοῦ παναγίου πνεύματος P 20. ἀνθρώπου P

spiritum vitalem." Ezechiel "fili hominis, vaticinator in spiritu, ac venit super ea et vixerunt."

qui e patre procedit. evangelium "quum venerit paracletus, quem ego a patre vobis mittam, spiritum veritatis, qui a patre procedit." "atque statim excedens ex aqua coela divisa et spiritum tanquam columbam descendentem vidit." Paulus "nos non spiritum mundi, sed dei accepimus." David "verbo domini coeli conditi sunt, et spiritu oris eius omne eorum robur." Petrus in actis "promissum spiritum sanctum adeptus filius a patre, effudit hoc, quod nunc cernitis et auditis." Paulus ad Titum "servavit nos lotione regenerationis et instaurationis spiritus sancti, quem in nos large effudit per Iesum Christum, servatorem nostrum."

qui cum patre et filio simul adoratur et glorificatur. evangelium "baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti," et "nemo novit res coelestes praeter spiritum in eo habitantem," et "res divinas nemo novit praeter spiritum, qui est in

ἄγγελοι ὑμνοῦσιν "ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ," δηλονότι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ μόνου ἐν τριάδι θεοῦ.

τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Ζαχαρίου "καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν." τῆς θεοτόκου "καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἕως αἰῶνος." πράξεων "τοῦτο πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν." καὶ "ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ θεὸς διὰ στόματος πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ." εὐαγγελίου "εἶπε Δαβὶδ ἐν πνεύματι ἁγίῳ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου." πράξεων "καὶ δεηθέντων αὐτῶν ἐσαλεύθη ὁ τόπος οὗ ἦσαν συνηγμένοι, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μετὰ παρρησίας." τῆς ἐξόδου "καὶ ἐπλήσθησαν πνεύματος ἁγίου, προεφήτευον ἐν τῇ παρεμβολῇ."

εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὥσπερ καθολικαὶ ἐπιστολαὶ αἱ ἑπτὰ ὡς εἰς πάντας πιστοὺς γραφεῖσαι κοινῶς, οὕτω καὶ καθολικὴ ἐκκλη-

deo." apud Esaiam et Ezechielem angeli canunt "sanctus, sanctus, sanctus dominus Sabaoth, coelum et terra impleta sunt gloria eius," i. e. patris et filii et spiritus sancti, unius in trinitate dei.

qui locutus est per prophetas. Zacharias "quemadmodum per ora sanctorum ab omni inde tempore prophetarum nuntiavit nostram ab hostibus liberationem." deipara "quemadmodum dixit patribus nostris Abrahamo et semini eius per omnia saecula." acta "hoc omnes prophetae testantur, veniam peccatorum nacturos esse illius nomine, quicunque credunt in eum." et "quem coelum accipere oportet usque ad tempus restitutionis omnium, de quibus deus dixit per ora suorum ab omni inde tempore sanctorum prophetarum." "dixit David in spiritu sancto: dixit dominus domino meo, sede ad dextram meam." acta "quum precarentur, concussus est locus; in quo coacti erant, et omnes impleti sunt spiritu sancto et libere docebant verbum dei." exodus "et impleti sunt spiritu sancto et vaticinabantur in castris."

et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. sicut catholicae sunt septem epistolae ad omnes fideles scriptae communiter, ita etiam omnium orthodoxorum ecclesia catholica

σία ἡ πάντων ὀρθοδόξων γέγραπται. Παύλου "ὁ ποιήσας τὰ
98 ἀμφότερα ἕν, καὶ εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα." καὶ "ἀδελφοὶ ἅγιοι καὶ ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ." καὶ "ὑμεῖς ἐστὲ σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους." καὶ "οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους." καὶ "ἵνα οἰκοδομῆται ἡ ἐκκλησία." καὶ "ὑμεῖς ἐστὲ ναὸς θεοῦ ζῶντος." καὶ "εἰς καταρτισμὸν τῆς ἐκκλησίας." καὶ "ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας."

ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Παύλου "ὁμολόγησον τὴν καλὴν ὁμολογίαν." καὶ "καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν." "εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα." εὐαγγελίου "βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν." "βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος."

προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν. πράξεων "περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι." Ἡσαΐου "ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις." πράξεων "ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀπο-

4. καὶ — Χριστοῦ add Alterus 11. αὕτη P 22. Παῦλος P

dicitur. Paulus "is, qui diversa conciliavit, et unus dominus, una fides, unum baptisma." et "fratres sancti et superstructi super fundamentum apostolorum et prophetarum, existente imo lapide angulari ipso Iesu Christo." et "vos estis corpus Christi et singulatim membra." et "quos deus constituit in ecclesia primum apostolos, deinde prophetas, tertio discipulos." et "ut aedificetur ecclesia." et "vos estis templum dei vivi." et "ad perfectionem ecclesiae." et "existente imo lapide angulari ipso Iesu Christo, in quo vos aedificamini. atque ipse est caput corporis ecclesiae."

confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Paulus "confitere pulcram confessionem." et "animo credimus ad iustitiam, ore confitemur ad salvationem." "unus dominus, una fides, unum baptisma." evangelium "baptizantes eos ad remissionem peccatorum." "baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti."

exspecto resurrectionem mortuorum. acta "de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor." Esaias "resurgent mortui et suscitabuntur qui sunt in sepulcris." acta "etenim mundus hic con-

κάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἐκδέχεται." εὐαγγελίου "ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται."

καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. εὐαγγελίου "ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν." πράξεων "διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι." Ἡσαΐου "πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος." εὐαγγελίου "ἐγὼ δὲ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με ζήσεται δι' ἐμέ." καὶ "ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή." καὶ "ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον."

ἀμήν. τὸ δὲ ἀμὴν παντὸς τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἐστὶ βεβαιωτικὸν καὶ σφραγὶς καὶ οἷόν τις κλεῖς ἀποκλείουσα τοὺς ἔξωθεν καὶ φυλάττουσα ὡς ταμείῳ τινὶ καλλίστῳ τῆς ἐκκλησίας τὸν τῆς πίστεως θησαυρόν, ἵνα μή τίς τι ἐκ τούτου ἀφέληται ἢ νόθον τι ἐπεισαγάγῃ.

Αὐτὸ τὸ θεῖον καὶ ἱερώτατον καὶ τέλειον πάντοθεν τῆς εὐσεβείας ἡμῶν σημεῖον, τὴν ὁμολογίαν τῶν πατέρων, τὸν ὅρον τῆς ἀληθοῦς ἡμῶν πίστεως, ἐνστερνιζόμενοι ταῖς ψυχαῖς καὶ τῇ γλώττῃ καὶ χείλεσι μετὰ παρρησίας ὁμολογοῦντες, τὴν ἀσινῆ ἐν αὐταῖς καὶ ἀκίβδηλον καὶ ἀπαράθραυστον πάντῃ ὡς θεοφορήτων καὶ θεοδοξάστων καὶ θεοκινήτων πατέρων ἱερὰν

22. ὡς θεοφρούρητον καὶ θεοδόξαστον καὶ θεοκίνητον τῶν π. P

ditus sollicite exspectat revelationem filiorum dei." evangelium "quum mortui audient vocem filii dei, et vivent, qui audiverint eam."

et vitam venturi saeculi. evangelium "qui odit animam suam in hoc mundo, ad vitam aeternam eam servabit." acta "disputante autem illo de iustitia et temperantia et iudicio futuro." Esaias "pater saeculi futuri." evangelium "ego vivo, et qui me ederit, vivet per me." et "ego sum resurrectio et vita." et "abibunt hi ad poenam aeternam, iusti autem ad vitam aeternam."

amen. vocabulum amen totius sancti symboli confirmatio et sigillum et quasi clavis quaedam est, qua externi secluduntur et tanquam conclavi pulcerrimo ecclesiae servatur thesaurus fidei, ne quis inde quid auferat, aut alienum quid inferat.

Divinum hoc sanctissimum et omni ex parte perfectum pietatis nostrae signum, confessionem patrum, definitionem verae nostrae fidei, mente considerantes ac lingua et labiis libere profitentes, inviolatum in animo et sincerum et incorruptum omnino semper servabimus a patribus divino spiritu inflatis, incitatis et gloriosis acceptum sanctum pignus,

παραθήκην μέχρι τέλους φυλάξωμεν, ἵνα ταῖς πρεσβείαις τῶν ἐκθεμένων αὐτὸ καὶ φυλαξάντων ἁγίων καὶ τῶν πρὸ αὐτῶν, ἐξ ὧν τὴν γνῶσιν οὗτοι τοῦ συμβόλου παρέλαβον, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων, τῶν ἱερῶν ἀγγέλων λιταῖς καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀειπαρθένου μητρός, τῆς μόνης παναγίας καὶ ἀληθῶς θεομήτορος, ὡς δῶρον καθαρὸν τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν προσενεγκόντες τῇ τριάδι, τῆς τε αἰωνίου ἐλευθερωθῶμεν κολάσεως καὶ τῆς διαιωνιζούσης σὺν Χριστῷ ἀπολαύσωμεν θείας αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ βασιλείας καὶ δόξης καὶ ἀπολαύσεως, αἰωνίως αὐτὸν τὸν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ ζῶντος δοξάζοντες σὺν τῷ προαιωνίῳ αὐτοῦ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι. ἀμήν.

B Ἐπακολουθῶν οὖν ἐγὼ τῇ ὁμολογίᾳ, ὡς χρὴ ποιεῖν τοὺς τὸ μοναχικὸν σχῆμα λαμβάνοντας, εἶπον οὕτως ἔτι.

Πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μὴ κτίσμα εἶναι οὐδ' ὑπὸ χρόνον κατὰ τὸν ἄφρονα Ἄρειον, ἀλλ' ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον τῷ θεῷ καὶ πατρί, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ποιητὴν χρόνων καὶ τῶν κτισμάτων πάντων, ὕστερον δὲ σαρκωθέντα δι' ἡμᾶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου.

πιστεύω τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ κτίσμα εἶναι μηδὲ ἑτερούσιον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ὡς ὁ Μακεδόνιος ὁ κενὸς

8. λυτρωθῶμεν P

ut, sanctis, qui id proposuerunt et servarunt, et iis, a quibus hi notitiam symboli habuerunt, sanctis denique omnibus deprecantibus, et intercedentibus angelis et matre salvatoris nostri et dei Iesu Christi semper virgine, una sanctissima et vera deipara, tanquam donum purum pulcram hanc professionem offerentes trinitati, poena aeterna liberemur et fruamur sempiterno cum Christo divino regno eius, gloria et laetitia, perpetuo celebrantes Christum, filium dei unigenitum, cum patre, qui fuit ante saecula, et spiritu sanctissimo. amen.

Post hanc igitur confessionem, ut decet facere eos, qui monachicum habitum induunt, addidi haec.

credo filium dei non esse creaturam nec tempori subiectum, ut stultus Arius docet, sed coaequalem et coaeternum deo patri, deum verum e deo vero, factorem saeculorum et creaturarum omnium, post autem incarnatum propter nos e spiritu sancto et Maria virgine.

credo spiritum sanctum non esse creaturam, nec diversum a patre et filio, sicut Macedonius gratia eius destitutus blasphemabat,

τῆς αὐτοῦ χάριτος ἐβλασφήμει, ἀλλὰ θεὸν ἀληθινὸν ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ἐκ τοῦ πατέρος προϊὸν ἐκπορευτῶς, ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γεννητῶς.

πιστεύω μὴ ἄλλον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν προαιώνιον, ἕτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστόν, ὡς ὁ ἄφρων Νεστόριος ἐβλασφήμει, ἀλλὰ τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα δύο μὲν εἶναι μετὰ τὴν ἕνωσιν φύσεις, ἕνα δὲ τῇ ὑποστάσει τῇ θεϊκῇ δηλονότι, διὸ καὶ τὴν αὐτὸν τεκοῦσαν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκον εἶναι καὶ οὐ Χριστοτόκον κατ' ἐκεῖνον τὸν ἄφρονα.

πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ ἕνωσιν μὴ εἰς μίαν φύσιν τὰς δύο συνάψαι κατὰ τοὺς ἄφρονας Διόσκορον καὶ Εὐτυχῆ, οἳ τῇ θεότητι τὰ πάθη προσῆπτον, ἀλλ' ἐν δύο φύσεσι μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀσυγχύτως γνωριζόμενον· καὶ ἔτι μὴ τέλος εἶναι κολάσεως μήτε ἀποκατάστασιν δαιμόνων κατὰ τὸν ἄφρονα Ὠριγένην.

πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν οὐχ ἓν θέλημα ἔχειν φυσικὸν καὶ μίαν ἐνέργειαν κατὰ τὸν Ῥώμης Ὁνώριον καὶ Πύρρον τὸν ἄφρονα, ἀλλὰ δύο θελήσεις καὶ δύο ἐνεργείας, θεϊκὴν δηλαδὴ καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν καὶ θέλησιν, καὶ μηδετέραν τῶν φύσεων ἀθέλητον εἶναι ἢ ἀνενέργητον.

6. Ἄρειος P

sed deum verum coaequalem et coaeternum patri et filio, e patre procedentem processione, sicut filius ex eodem generatione.

credo non esse alium filium dei ante saecula natum, alium e virgine natum Iesum Christum, sicut stultus Nestorius blasphemabat, sed ex ea natum duas esse post unionem naturas, unum autem persona, divina scilicet, unde etiam quae eum peperit, proprie et vere deipara, non, ut stultus ille volebat, Christipara.

credo, filium dei post incarnationem et unionem non in unam naturam ambas coniunxisse, secundum stultorum hominum, Dioscori et Eutychis, doctrinam, qui divinitati dolores attribuerunt, sed in duabus naturis post unionem immixte dignoscendum; nec vero finem poenae aut restitutionem daemonum esse, ut stultus Origenes docuit.

credo, filium dei, dominum nostrum Iesum Christum, postquam homo factus est, non unam habuisse voluntatem naturalem et unam efficientiam, secundum Honorium, episcopum Romanum, et stultum Pyrrhum, sed duas naturas et duas efficientias, divinam et humanam voluntatem et efficientiam, et neutram naturam aut voluntate aut efficientia carere.

πιστεύω εἰς τὰς εἰκονικὰς ἀνατυπώσεις ἤγουν εἰς τὸν χαρακτῆρα τὸν ἐν εἰκόνι περιγραπτὸν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς πανάγνου καὶ θεοτόκου αὐτοῦ μητρὸς καὶ πάντων τῶν ἁγίων, σχετικῶς, οὐ λατρευτικῶς προσκυνουμένας, οὐ θεοποιουμένας, ἀσπάζεσθαί τε καὶ τιμᾶν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, οὐ τῇ ὕλῃ τὸ σέβας ἀλλὰ τῷ πρωτοτύπῳ ἀπονέμουσαν· ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος εἰς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ὡς ἀντίτυπος οὖσα τῶν πρωτοτύπων.

πιστεύω μήτε ἀνενέργητον εἶναι τὴν θείαν φύσιν καὶ ἐνεργειῶν οὐσιωδῶν ἔρημον, μήτε αὐτὸν εἶναι οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐπ' ἐκείνης, μήτε κτιστὰς εἶναι ταύτας κατὰ τοὺς ἄφρονας Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνον, ἀλλὰ καὶ ἐνεργείας θείας οὐσιώδεις καὶ ἑτέρας εἶναι ταύτας παρ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν καὶ ἀκτίστους εἶναι καὶ λεγομένας θεότητας.

ὁμολογῶ βεβαίως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς κατὰ τοὺς Ἰταλούς, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἑνικῶς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἐξ αὐτῆς τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἑνικῶς γεννᾶται, πέμπεσθαι δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ
99 υἱοῦ τὸ πνεῦμα, οἷον αὐτὴ ἡ χάρις καὶ ἡ δωρεὰ αὐτοῦ δίδωσι.

23. Καὶ οὕτως τῷ φθινοπώρῳ τοῦ ͵ςϡοζʹ ἔτους ἀπῆλ-

1. πιστεύω τὰς εἰκονικὰς διατυπώσεις ἤγουν χαρακτῆρας τῶν ἐν εἰκόνι περιγραπτῶν P 12. ἐνέργειαν om P 21. αὐτοῦ] αὐτοῖς P 23. ͵αυξθ^{ου} P

credo in imagines expressas sive characterem imagine descriptum domini et dei et salvatoris nostri Iesu Christi et sanctissimae deiparae, matris eius, atque sanctorum omnium, relative, non religiose adorandas, nec consecratas, ut colantur et honorentur ab ecclesia dei, quae non materiam, sed personam veneratione prosequitur. etenim cultus imagini tributus ad ipsam personam transit, secundum magnum Basilium, quippe imago instar est archetypi.

credo, neque inefficacem esse naturam divinam et essentialium efficientiarum expertem, neque idem esse essentiam et efficientiam in ea, nec creatas eas esse, secundum homines stultos Barlaamum et Acindynum, sed et esse efficientias divinas essentiales et diversas eas esse ab ipsa essentia et non creatas et divinitates dictas.

credo firmiter, spiritum sanctum non e patre et filio procedere, ut Itali docent, sed ex ipsa unice persona patris, quemadmodum ipse filius ex ipsa persona patris unice generatur, mitti autem a patre et filio spiritum, qualem ipsa eius gratia et benignitas donat.

23. Ita autumno anni 6977 regina, domina Helena Palaeologa,

θεν ἡ βασίλισσα κυρία Ἑλένη ἡ Παλαιολογῖνα, τοῦ δεσπότου τῆς Σερβίας γυνή, πρὸς τὴν αὐθεντίαν τῶν Ἑνετῶν, ἐγκαλοῦσα τοὺς κλέψαντας τὸν βίον αὐτῆς ἐν Κερκύραις. καὶ τῷ ἔαρι τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐγένοντο σεισμοὶ πολλοὶ καὶ μεγάλοι εἴς τε τὴν ἁγίαν Μαῦραν καὶ Κεφαληνίαν καὶ Ζάκυνθον· καὶ πολλαὶ οἰκοδομαὶ ἐχάλασαν τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς πόλεσι κώμαις τε καὶ τόποις οἰκούντων, ἄστεά τε καὶ τείχη. τὸ δὲ τῆς Κεφαληνίας πτολίεθρον παντελῶς ἐχαλάσθη, καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τεθνήκασι.

Τῷ δὲ θέρει τοῦ αὐτοῦ ἔτους ὁ τῶν Ἑνετῶν ναύαρχος τοὔνομα Νικόλαος Δεκανάλης μετὰ τριήρεων ἦλθε κατὰ τῆς Αἴνου καὶ ᾐχμαλώτευσεν αὐτὴν ἐν ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ· καὶ ἐπιστρέψας παρεγένετο εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Βοστίτζαν αὖθις τῷ τοῦ θέρους καιρῷ τοῦ αὐτοῦ ἔτους. τῷ δὲ χειμῶνι τοῦ αὐτοῦ ἔτους ͵ϛϡοη΄, Ἰανουαρίου κε΄, ἔπεσε καθ' ὅλην τὴν νῆσον τοσαύτη χιὼν οἵαν οἱ τῶν Κερκύρων ἄνθρωποι οὐκ εἶδον πώποτε, ὥστε καὶ ἀλώπεκας καὶ λαγωοὺς οἰκειοχείρως ἐθήρευον. ὁμοίως καὶ εἰς τὰ τῆς δύσεως μέρη, πολλῷ δὲ μᾶλλον εἰς τὴν Ἀσίαν ἤτοι ἀνατολήν. περὶ δὲ τὸ τέλος τοῦ ἔαρος τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐστράτευσε κατὰ τῆς Εὐβοίας ὁ τῶν ἀσεβῶν ἄρχων, ἐπὶ τέλος τοῦ Ἰουνίου μηνός. ὁ δὲ στόλος αὐτοῦ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τὸ στρατόπεδον διὰ ξηρᾶς ἐκ Καλλιουπόλεως ἀπῆλθεν εἰς τὴν Λῆμνον, καὶ παρέλαβε τὸν Κότζινον καὶ τὰ περὶ πᾶσαν τὴν νῆσον χωρία πλὴν τοῦ

